deflectit. Ideo antiqui ethera ut sempiterno tempore curreret & summa loca occupatae nuncupauerunt. Anaxagoras autem hoc nomine male usus est etiam per igne ponebat. Author est Aristoteles libro primo de celo & mundo. Et capite undecimo libri quarti Physicorum: sine intelligentia motus ethereis tempus deprehendi non posse idcirco opinati sunt alii (ut capite tradidit superiore) tempus esse motum celum, alii tempus esse circulum sphaerae celestes. Eam ob rem ethernum id dicimus. quod cum tempore semper est duraturum. Ab estate Priscinus & M. Varro declinantur. ¶ Noue naturalia metra, hęc Attili fortunatius enumerat. Princeps versuum genus est heroicum: Alterum quod iambicum dicitur.

Tēpus qd sit.

Naturalia metra.

Vnde Graeci versus trimetros: nos senarios dicimus, Trochaicum. Anapesticum chorus tragicorum dignitati aptum. Antispasticum: Choryambicum: Ionicum: Tonus quod ad rhythmum iambicum conuenit. Pemonicum. Donatianus vero octo adnumerat Dactylicum, Anapesticum, Iambicum, Trochaicum, Ionicum a maiore, Ionicum a minore, Choriambicum, Antispasticum. Set cum his (inquit) quodam adiiciunt Proceleumaticum & Pemonicum. Principalia atque originalia & Graecis prototypa ideo dicta esse idem putantur: cetera ex his sunt: quod mutata per conditionem & comata aut partibus agglutinans sibi aut sola ponuntur. Originalia vero (quaesumus hic naturalia Aulonius vocat) oportet proprio suo pede confunduntur. De quibus quum apud alios multis tum apud Donatianum & Caesarium Bassum multa legere possitis: quod quia paucis scribere non possumus ideo ad alia stylum vertimus. ¶ Trimetris. i. iambicis vel senariis. Iambici versus hoc est qui saltus in paribus locis Iambum recipiunt: vel monometri sunt ex simplicibus duobus coniunctis pedibus: vel dimetri ex quatuor: vel trimetri ex sex: vel tetrametri ex octo. Nam pentametri ex decem: hexametri ex duodecim rarerent admodum usurpanter. Iambicus qui trimeter est minimus auctore Donatiano syllabas habet duodecim. ut Beatus ille quod procul negotijs. Tellus colenda: pellices celum tenent. Qui maximus est septendecim. ut Rapite pueres validi rapite: o iuuenium decus. Hic latine dici senarius quod sex pedes habeat simplices: Graecae timeter quod tria grecorum hoc est mensuras tres coniunctas habeat. Metrum enim quod est minimum duobus constat pedibus. Apud Graecos Iambici carminis poetas tres tantum fuisse claros Volaterranus in grammatica scribit: Anomus: Archilochus: Hippo naclum. ¶ Grammatica & poetarum & oratorum. i. a literis appellatam esse nemo ambigit. Suetonius in libello de illustribus grammaticis inscripto Appellatio (inquit) grammaticorum consuetudine graeca inveniuit. Set initio literati vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello quo distinguit literatum ab erudito literatos quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter acuteque & scienter possunt aut dicere aut scribere. Ceterorum sic proprie appellandos poetarum interpres: qui a Graecis γραμματικοι nominentur: eosdem literatos vocatis. Sunt qui literatum a literatore distinguantur: ut Graeci grammaticum a grammatis. ut illum quidem absolute, hunc autem doctum mediocriter existimant. Haec & plura alia Suetonius. Nos tam non fugit esse nonnullos qui librum illum Suetonio negant ascribendum. Eos profecto iam multos etatis nostre scriptores non admittimus: qui ne nihil scisse videantur a scriptoribus libris nominum titulos eripiunt: quos alij tribunt. Hoc genus homines illam

Iambici versus.

Iambici poetarum Grammatica Literati.

Grammaticus. Grammatica Literati.

## FRANCISCVS SYLVIVS

- C. Cæsar is prodigā iniuriam: qui ab alijs auferebat qd̄ alijs largiretur: imitari me hercules vident. Totam igif grammaticā (vt vnde digressi sumus: eo regrediamur) vt tres sunt figure: simplex cōposita decomposita. Diminutiuorū nominū tres gradus sunt apud donatū. Tria literarū genera apud grāmaticū Probū vocaliū, semiuocaliū, mutarū, Tria cōiunctioni accidūt potestas figura ordo. Tria sunt p̄positionis casuālia, genitiūs, accusatiūs, ablatiūs: licet cum datiuo p̄positionē apud Plautus in Milite cōiuxerit. Nā ego iādiu apud huic seruitutē seruo. Tres numeri apud grecos singularis dualis pluralis. Tres sunt ḥborū cōiugatiōes vna in as, altera in es, tertia in is. Triaverbū significat agere pati neutrū. Tria sunt tēpora verborū p̄sens, p̄teritū, futurū. Rursus p̄teritū triplex est imperfectū, perfectū, plusq̄ perfectū. Participij tria sunt tēpora p̄sens p̄teritū & futurū. Nouē modos verborum authore Martiano Capella libro tertio aliqui numerat: indicatiū, imperatiū, optatiū, cōiunctiū, infinitiū: quē & ppetuū dicit: pmissiū, impersonalē, punciatuū, subiectiū. Quoniā autē Grammaticē nomine poesim vulgus appellat: ab ea quoq̄ numerū ternariū nō abesse dicimus. In nostra cīm poetica triplex narrādi gen⁹ dicim⁹ historicū, oratoriū, poeticū. Poeticū itē tria, in genera p̄timur εἰργματικον, Δεσματικον, ηκτορ Comœdiā triplicē Vō laterranus in Grāmaticā diuidit. Vna em̄ antiquā facit: q̄ manifeste reprehendebat: Alterā mediā: quē p̄ enigmata: Aliā nouā: quē inseruos pauperesq; cauillabat. Musiçā ciusq; partes Martianus Capella libro nostro in tria diuidit sāpius. Ut quicquid sonuerit tonū esse putat: aut hemitonij: aut quartā partem toni: quā Diesis appellat. Diesis item différētię sunt tres. Vna breuior: quē tetratormia nomine: eo q̄ toni quartam partem recipiat. Secunda ab illa maior est: quā toni habet tertiam partē: ideo tretemoria vocat. Tertia quē toni habet tertiā partē & diuidiam tertie: q̄ dicit hemiola. Aliā quoq̄ multa in tria partē. Medicina (vt author est Cornelius celsus in proœmio libri de medicina) in tres partes deducta est. Vna est enim quā viscū: altera quē medicamentis: terciā quā manu medet. Primam Διατητικην, secundam Φερμακευτικην tertiam χειρουργικην Graci nominauerunt. Apud Auctennā Fen prima triplex est spiritus: vitalis a corde pueniens: animalis a cerebro: naturalis ab Hepate. In Aphorismis Hippocratis triplex est fluxus ventris, Diæpporū. i. vt si dicam humoralis, Διεργησία. i. cum corticibus intestinorum, λυεντερία proueniens a cibo nondum cocto. Apud Galenū in libro de differentijs febrium febris est triplex: ephemera quā in spiritibus fundata est: putrida: quā in humoribus ectica quā in membris. Apud eundem in libro primo Microthegni: Corporum humanorum aliud est sanum, aliud egrum, aliud neutrum. Vnde medicina inibi diffiniſ φ̄ sit scientia sanorum, egrorum & neutrorum. Itemque Medicina est scientia rerum continuatarum cum sanitate & ægritudine & dispositione quā non est sanitas: neq; ægritudo. Signorum alia sunt sanitatis alia ægritudinis, alia dispositionis. Sexcentos hoc genus ternarios inuenire est. Medicininos a medicina forma eadem qua a foemina foeminiūm inclinat. Ter maximum Hermen. Quinq; fuisse Mercur-
- Apud cuius datiuo.
- Modi. ix.
- Poesis triplex.
- Musiç tres ptes.
- Medicina triplex.
- Vētris flu xustriplex Febris triplex.
- Medicina quid sit.

rios Cicero lib. iij. de natura deorum scribit. Quorum quintus fuit: vt etiam Lāstantius capite sexto libri primi diuinarum institutionum menit: a quo Argus occisus est: quam ob causam is in Aegyptum profugit: atq; Aegyptijs leges literasq; primus tradidit. Marilius sicinus in argumento in librum Mercurij Trimegisti scribit et tempore quo Moses natus est astrologum Athlanten Prometheus physici fratrem floruit: eumq; Mercurij maioris aium fuisse: nepos cuius fuit Mercurius Trimegillus hoc est ter maximus. μέγιστος enim maximus Graecis dicitur: quo ideo dignatus est cognomento: quoniam fuit maximus philosophus, rex maximus, maximus sacerdos. Tres mercurios ex Cicerone Seruius libro. iiiij. in anni. scribit supernū, terrenū, infernū. Triceps mercurius ab Erasmo inter pueriales sententias adnumerat in ambiguos homines anticipatos, aut vehementer astutos. Triceps enim pingebat Mercurius: quem viarum indicio perficiebant: cuius in singulis capitibus inscriptum erat: quo duceret hæc via itemque quo illa. Huiusmodi Mercurii simulachrū Proclidem authore Philocoro posuisse primū Erasmus idē affirmat. Nostros aut̄ Gallos maiores quum ppter alia multa: tū p̄cipue quia viarum atq; itinerum ducem esse mercurium putauerūt eum veneratos fuisse author est Cæsar libro sexto de bello Gallic. Hermes autē dictus est Mercurius ppter ea q; diuina splenduit eloquētia: quam ppter deorum interpres appellatus est. Ἐραστός enim & Ἐραστεύς interpres & Ἐραστεύς interpretatio Graecis nuncupat: vnde Aristotelis liber περὶ Ἐραστεύδοι. de interpretatione seu enunciatione inscriptus est: Mercurium qua forma Galli pingebant Lucianus in Dialogo: qui Hercules Gallicus inscribitur, menit. Set quoniam mercaturæ præficiunt Mercurium: tres mercaturæ partes ex Aristotelis capite septimo libri primi Politicon ponimus: nauigationem, deuotionem, negotiationem.

Amatorem primū Philosophia. Pythagoram intelligit: qui sophiæ nomine eiusq; consummata perfectione homines indignos esse arbitratut non sophus. i. sapiens (vt ceteri) set philosophus hoc est sophiæ sapientiæq; amator atq; studiosus appellari voluit: vt ait Lāstantius capite secundo tertij libri de falsa sapientia. Plutarchus libro primo de philosophorum placitis inscripto: Pythagoras (inquit) Mnesarchi filius Samius qui primus philosophiam hoc nomine appellauit. principia rerū numeros esse censuit. Tantum autem numeris tribuit Pythagoras vt ex eis mundum hunc primitus factum: et undemque virtute constare durare, seruari autemauerit. Ut enim author est Diogenes Laertius libro septimo Monadem hoc est unitatem principiū notauit omniū, cui dualitatem quasi materiam subiecit: ex quibus duobus dignuntur numeri: ex numeris puncta: ex punctis linea surgunt: ex quibus figure planæ constant: ex planis solidæ: ex solidis solida corpora: quorum elementa sunt quattuor: quæ per omnia mutant se ac vertunt. ex quibus sit mundus animatus, intelligibilis, rotundus, medium terram continens. Præter hæc Pythagorici omne totum regnū perfectam omnem tribus determinatam principio medio & fine esse volebant. vt Aristoteles. capite primo primi libri de cælo & mundo affirmat. Animam in tres partes

Mercuri⁹.

Triceps  
mercuri⁹.

Hermes.

Mercuri⁹  
ra triplex.  
Pythagor  
ras.Numeri  
rū rō scđz  
Pythagor  
ram.

## FRANCISCVS SYLVIVS

partitus est Pythagoras (vt Diogenes tradit) in sensum, i mete, in iraleciam. Illud tamen prætereundum non videbatur: q a Pythagora ternarium non admitti scribit Plutarchus in libro de Placitis philosophorum primo: sed magis quaternarium: cuius vires esse maiores putabat. Vnde de sanctissimum apud Pythagoricos iuslurandum erat per quaternarium. Ita enim jurabant. Iuro per omnipotentem, animæ qui retrada nostræ per perpetuos fontes naturæ infudit habentem. Pythagoras authore Laertio ideo appellatus est: q vera non minus q Pythias loqueretur.

**Pythagoras iuslurandum.** Varronis numeri. **Varronis numeros.** M Varronem de ternario numero speciatim scripte non negem omnino. Nam (vt A. Gellius capite decimo tertij libri memorat) libros qui hebdomades vel de imaginibus septenarij numeri appellantur, conscripsit. Vbi scribit Varro se tam duodecimam annorum hebdomadem ingressum esse: ad eumq diem septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse: ex quibus aliquandiu quum proscriptus esset, disreptis bibliothecis suis non comparuisse. Cesorinus item super M. Varronis libro de numeris meminit. Eius verba sunt ex capite primo libri de die natali. Quod scilicet (inquit) vt Varro testatur in eo libro cuitulus est Articulus siue de numeris: id moris institutiq maiores nostri tenuerunt: vt quum die natali munus annale Genio soluerent: manus a cæde ac sanguine abstinerent: ne die qua ipsi lucem accepissent: alijs demerent. Quibus ex verbis conjecturam capio in eo libro de numeris Varronem de singulorum virtute separatis differuisse: ac singulorum multos cumulasse. Sed quoniam in libris eiusdem alijs quos ex multis paucos manibus terminus multos esse ternarios nouimus: ex multis paucos hic ascribim⁹. Lib. iij. de re rustica villaticæ passionis tria ponit genera ornithones leporaria piscinas. Ornithones omnium atq; quæ intra parietes villa pasci solent. Leporaria omnia septa villa ædificia: quæ inclusa habet animalia: q pascitur Lacus vero & stagna quæ piscibus viuis coherent clausa suo atq; proprio nomine piscinas noauerunt. In libro eodem tria ponit gallinarum genera, villaticas, rusticas, & africanas. Villaticæ, quæ vulgo per omnes fere villas conspiciuntur. Rusticæ villaticis facie dissimiles. Ex in ornatibus publicis solent poni cum pistacis, merulis albis, aliisque id genus rebus inusitatis. Africanæ grandes sunt, variaz, gilberiaz. Hæ propter porturam magno veneunt. Idem inibi tria scribit leporum genera. Vnū Italicū primis pedibus humilibus, alatis posterioribus. Alterum qd in gallia nascitur ad alpes, qui toti candidi sunt. Tertiū generis est, qui in Hispania nascitur similis Italico ex quadâ parte, sed humilis, quem cuniculum appellant. Idē in libro primo tria soli genera scribit campestre, collinum, & montanum. In his tribus tria illa meliora segetes campestres, vineaz, collinæ, sylva montanae. In libro de Analogia primo idem Varro trevis ponit Athenas: ab vnis dicti sunt Athenæ: ab alteris Atheniæ: a tertius Athenopolite. Ideo Athenas Atticas pluriq dicunt. Quoniam autē in Athenarū nomine incidimus: libet me morare Athenis tria fuisse gymnasia Academiā, Lycium, Cynosarges.

**Orationis partes.** vt Iacobus faber Belgicæ nostre, immo Galliæ totius lumen clarissimum in commentariis Politicon libri secundi tertio capite scribit. Inibi partes

**Ornithones.**

**Leporaria.**

Piscine.

**Leporum**

genera.

**Soli genera.**

**Athenæ tres.**

**Orationis partes.**

orationis idem Varro numerat: vnam quæ significat casus: alterā quæ tempus: tertiam quæ neutrum. Per diminutionem vocabula terna nā: Diminut scuntur: vt cista, cistula, cistella: avis, auicula, auicella: Caput, capitulū, ca tuia. pitellum. aliaq; multas divisiones ternarias scribit. M. Terentius, Var Varonis ro ea fuit doctrinæ excellentia: vt de eo Laetantius capite sexto primi di laus. uinarum institutionum libri his verbis dixerit. M. Varrone vnq; doctis id scribo, vt non ignores candide lector, nullam esse felicitatem, quæ ma- uidetur. lignitatis dentes euitare possit. ¶ Profanum, hoc est imperitum. Impe- Profanū. ritam enim multitudinem Cicero in libro officiorum primo appellat. Qui errore (inquit) imperitæ multitudinis pendet: hic in magnis viris non est habendus: aut profanum hoc est misarum ac scientia sacris nō initiatum. Sic Vergilius in libro Aeneidos sexto. Aduentante dea procul o procul esse profani. Oratius Ode prima libri tertij. Odi profanum vulgus & arceo. Acronis verba subiungimus. Profani inquit, dicebantur sacris non initiati: quibus fanum intrare non licebat. Hic tam per Allegoriam profanos imperitos dixit: qui doctis merito exoss sunt. Hac ille. Profanum id quod in sacrario pollutum sit. M. Varro libro secundo de sermone Latino scribit. Profanum id quod sanctum non est Pompeius dicit. Plautus. Sanctum an profanum habes, paruipendi tur. vt profestus dies est, is qui sine ferijs est: operarium diem vulgo dicunt. A fano, id est templo profanum dicitur: fanum a fando Pompeius Fanū vna & Varro deriuant. Alij a fauno: alijs quia φαγος clarus aut lampas grę de dictum eis dicitur. in fanis enim multa est ignium ac sacrorum claritas. ¶ Vul- Vulgus. gus genere neutrō: & vulgum masculino dicim⁹. Plinius capite decimo sexto libri octauī. Leonum semel edi partum lacerato vnguiū acie vte ro in enixu vulgum credidisse video. Cfat libro sexto cōmentariorū de bello Gallico: neq; in vulgum disciplinā efferrī volūt. Oratius libro sermonum secundo. Huic ego vulgū Errore similem cunctum iūsare do cebo. Vergilius Aeneidos secūdo. Hinc spargere vocē in vulgum ambigua. Cornelius Tacitus libro duodecimo. Elata vox eius in vulgū hisce verbis. Vulgus quando generis masculini est esse declinationis quartæ Priscianus libro sexto scribit, cuius generis apud veteres illa fuere, sibi- lus, vadus, fretus. Quod autem vulgo legitur: & quicquid prophanum vulgus ignorat: legam non ignorat: alioqui nihil gratiæ haberet vulgo nota dūtaxat colligere.

Postremo quod facile est, quum ipse multa inuenierit: compa- ret se atq; me: occupatum cum otioso, pransum cum abstemio, iocum & ludum meum, diligētiām & calumniam suam. Alius

## FRANCISCVS SYLVIVS

enim alio plura inuenire potest,nemo omnia. Quod si alicui & obscurus videbor:apud eum me sic tuebere. Primum eiusmodi edyllia:nisi vel obscura sunt,nihil futura. Deinde numerorum naturam non esse scyrum:vt sine nodo sint. Postremo si etiam tibi obscurus fuero:cui nihil neque neglectum est neque non intellexum:Tum vero ego beatus quod affectavi assequar : me ut requiras,me desideres,de me cogites. Vale.

**Calumnia** Comparet se atque me,i.ponat cōparationē inter me qui sum occupatus,pransus,quique iocor & ludo:& se qui est otiosus,abstemius diligenter & calumniator. Calumnia,i.malitiosam infamationem:quaerat facilis est ad multa qua obijiciat inuenienda.Calumnia enim(ut ait Nonius Marcellus)est malitiosa & mendax infamatio.Calumnia rursum calliditas.M.Tullius de rep.lib.ij.Vt Carneadi r̄ndeatis:qui s̄pē optimas causas ingenij calumnia ludificari solet.Inde p̄fectū est vt calumnia dicatur falsa,subdola & malitiosa iuris interpretatio.Idem Officiorū primo.Existunt s̄pē iniuria calumnia quadam & nimis callida atque malitiosa iuris interpretatione.A caluendo calumnia Priscianus libro decimo inclinat.Caluere autem & calui(vtrūq̄ enim dicimus)decipere est.Sallustius libro historiarum tertio:vt citat idem. Contra ille calui ratus.calui pro decipi passuum est.Platinus in Cassina.Ubi domi sola sum:sopor manus caluitur.A caluendo cauillare & cauillari pro significatu codē Priscianus libro octavo declinat.**Edyllia.**i.parua poemata.Nam ē.Dūlio p̄ poema paruum Græcis dicitur.Quo nomine Theocrati æglogæ a commentatore appellantur.**Numerorum** naturam nō esse scyrum:vt sine nodo sint.i.de numeris scribi non potest:quod a lectoribus facile intelligatur,vt in libris de republica de numeris que scripsit Plato,adeo intricata sunt,adeo inuoluta,adeo obscura:vt inde natum sit in res difficiles atque obscuras proverbum Platoni numeris obscurius.Id quod faber noster Iacobus in commentarijs libri quinti Politicon Aristoteles meminit.Quibus verbis Aesonius noster candide lector aduersus malitiosam se tutatur inuidiā:ijdem nos quasi amuletum conficimus,quo libitinorum pestilens venenum amoliamus.**Nō esse scyrum** vt sine nodo sint.i.manifestariā nō habere facilitatem obuiam oībus.Alludit ad prouerbum illud sermonis antiquitate protritum.Nodū in scyre poquerere.Quod ex Ennio Pompeius aduocat.Quærunt in scyre soliti quod dicere nodum.Terentius in Andria.Nodum in scyre queris.Platinus in Menechmis.In scyre nodum queris.i.tu queris id quod inūsq̄ inuenies.Scyrus(ut ait Donatus)palustris res est levissima.Lucilius in primo.Nodum in scyre insanum facerem vulgus.Est autem

**Cauillari.**  
**Edyllia.**

**Platonis**  
**numeris**  
**obscurius**  
**Prouer-**  
**biūm.**

**Nodū in-**  
**scyre q̄re**  
**re.**  
**Prouer-**  
**biūm.**

**Scyrpus.**

scyrpus sine nodo & iuxi iunci species. Hæc ille. Scyrum etiam genere Scyrea  
neutro dicimus. Sextus Pompeius. Scyrum est (inquit) id quod in pa-  
lustribus locis nascitur læue & procerum. Vnde tegetes sunt. Inde scyre  
pea ratis dicitur fasciculi illi scyris & iuncis compositi: quos humeris  
pectorive pueri supponunt tum quum natare discunt. Plautus in Au-  
lularia. Quasi pueris qui natare discunt scyrea inducitur ratis. Corti-  
cem itidem supposuerunt. Vnde nare sine cottice, factum est prouerbiū Nare sine  
in eos: qui per æstatem morum præceptore atq; pædagogo non indigent cortice.  
aut qui ea prædicti sunt studiorum exercitatione doctrinæ peritia: vt  
negi præceptore negi præceptis indigeant amplius. Oratius in primo  
sermonum libro. Simul ac durauerit ætas Membra animi tuum na-  
bis sine cortice. Acronis verba subscribo. Nabis (inquit) sine cortice, sine  
difficultate. Sic enim discunt: qui natare nesciunt adiunctis ad ventrem  
corticibus. Prouerbialiter autem posuit: nabis sine cortice. hoc est sine  
alieno adminiculo te reges. Hæc ille. Quur autem quæ Græci ænigma-  
ta. Latini veteres scyros appellauerint ut est apud A. Gellium capite  
sexti libri duodecimi non vulgatum est satis, ideo super ea re pauca dis-  
putamus. Scyrsis vños fuisse antiquos in vineis ligandis author est. M.  
Varro libro primo de lingua latina. Vnde Scyrsare pro ligare usurpa-  
runt. Quæ autem ligantur: ea nodo non carent: Nodum autem pro dif-  
ficultate sensentiæq; obscuritate capi nemo (puto) dubitat. Ut apud Ora-  
tium in libro de arte Poetica. Nec deus interstit: nisi dignus vindice no-  
dus inciderit. Utque in illis parcerijs. Nodum in scyro queris. No-  
dus Gordianus: nodus Herculinus. Nec putamus explodendam Petri  
Criniti super ea re diligentem sentiam: qui scrupos non scyros appell-  
anda cenlet ænigmata. Sunt autem scyri: ut author est Pompeius Se-  
xturnaspa sara: ut que ait Seruius in Commentario libri sexti gneidos  
super eo carmine Spelunca alta fuit vastoq; immanis hiatu scruea.  
Scrupea (inquit). i. lapillosa. Nam scrupus est propriæ lapillus brevis:  
qui preslus sollicitudinem creat. Vnde pro molestia & animi anguore  
scrupulus usurpat. Terentius in Andria. At mihi vñus etiam scrupu-  
lus restat qui me male habet. Sed quoniam gnigmatum interpretatio vi-  
ri studioi literarum mentem nihil reddit minus molestiam q; scrupu-  
lus in calceo aut via scrupulosa pedem offensitat: ideo A. Gellius ænigma Gellij  
quod est de deo: qui Terminus dicitur positum non dissoluit. ut legen-  
tum coniecturas in requirendo exactuat. Eius tamen enodatio est apud  
Politianum capite trigessimo sexto Miscellanearum. Ioannes baptista  
Pius incommentarijs Aulularijs Plauti Grifos in A. Gellio scribi pos-  
se acutum. Quid Fraciscus Quintianus super eo dicat in Epographia  
tertia dicemus nisi plus nimio temporis in ea re posuisse nos sentire-  
mus. Scyrea simulachra quæ sint scire si desideras: Beroaldus ampli-  
ter multum in annotationibus annotauit.

Scyrsus.i.  
ænigma p  
A. Gellio.

Nodus.


Scrupus.

Scrupul.

Gellij  
locus.

# FRANCISCVS SYLVIVS

D. Ausoniī Grīphus.



Er bibe: vel toties ternos: sic mystica lex est.  
Vel tria potant: vel ter tria multiplicati.  
Imparibus nouies ternis contexere cubum.  
Iuris idem tribus est: quod ter tribus. Omnia  
in istis.

- C**abunde satis ante diximus ter bibendum esse his: q̄ amat Gratias. quib⁹ autē mus⁹ sunt gratae: his poculum nonū esse gratius. Attēde p̄ter h̄c mo-  
rem illū quōdā fuisse obseruatū: vt mēsas tres poneret: semirotundam do-  
mino & liberis, alterā hospitibus: tertiam seruis domesticisq; : vt tradit  
Bapt. Pius in commentarijs in Ilichū Plauti. Seruius libro commentario-  
rum in æn. primo stratis tribus lectis antiquos epulari solitos dicit. Vn  
de appellatū est trichinium. vñlū ēm̄ lectus dicit: super lectos autē discū  
bebant. Illam trium mensarum positionem Vergilius in Didonis cōvi-  
vio celebrat. In prima enim se Dido aurea composituit spōda mediāq; lo-  
cauit. In secunda. lā pater Aeneas & iam Troiana luuētus Conueniunt:  
stratoq; super discumbitur ostro. In tertia Tyrii per limina lēta frequē-  
tes Conuenere toris iussi discumbere pīctis. Augulus Cæsar (vt ex Sue-  
tonio didicimus) in castris apud Mutinam non s̄p̄tus ac ter bibere su-  
per coenam solitus est. Nouelio autem Mediolanensi largior potandi  
fuit audiitas ac abundantior. vt ait Plinius capite vicesimo secundo libri  
decimiquartii. Nam impetu uno tres vini congios potabat. Vnde Tricō-  
gius appellatus est. quem miraculi gratia Tyberius princeps aspiciebat.  
Rara eius ea re erat gloria. sermone non labasse: nec leuatum vomitio-  
ne: dum biberet matutinas obijisse vigilias: plurimum uno potu hausif-  
se: plurimum alijs minoribus addidiisse optima fide: non respirasse in-  
se in hauriendo neq; expuisse: nihilq; ad elidendum in paucimētis sum-  
mum ex vino reliquisse. Magna profectio vini potoribus aliquando fuit  
gloria. Hoc enim modo apud Græcos Alcibiades famam meruit. Par-  
thi hac virtute gloriam querunt. Apud Persas nobiliores ij. atq; geren-  
dis rebus aptiores esse cœlebantur: qui vini prolati admodum disten-  
tiq; mente consisterent: nec ab honestate naturaq; discederent. Ut Crinis-  
tus capite secundo libri sexti de Honesta disciplina meminit. Ideo Plutar-  
chus in Apophthegmatis ad Traianum memorie prodit Cyrus Junio  
reim (quo tempore Iacedæmonios vt secum societatem inirent inuita-  
bat) diuissime cor se grauius habere q̄ haberet frater, plusq; vini meri bi-  
bere: ac modesti⁹ ferre & sanius. Herodotus tñ lib. i. Persas opere maxi-  
mo a vino tēperare dicit. Romano imperatori Bonoso ppe eadē tribuit  
laudem (siqua laus ex ea re queri possit) flauius vopiscus q; videlicet in  
vino fuit prudentior. Cujus tā auida tāq; inexplicabilis fuit bibacitass:  
vt de eo dictū illū p̄ oīm ora vulgatū sonaret. Bonosum natū esse nō ve-
- T**ricliniū.  
**P**ro Virgi-  
lio.
- T**éperātia  
Augulli.
- T**ricōgius
- V**ini poto-  
res.
- C**yrus.
- B**ono si bi-  
bacitas.

# IN GRIPHON AVSONIL FO.XVI.

viuat: set ut bibat. Is a Probo supat<sup>9</sup>, se ipse laqueo suspedit. De quo iocu  
 lare illud scōma inualuit. Amphorā nō hoīem pēdere: qđ instar ampho- Mystica q  
sint.  
 re vini plenę pēderet. ¶ *Mystica, arcana, sacra, diuina, aliquid in se occul-*  
 tē diuinitatis habēs. μυστικός em̄ arcanus dī: & μυστάρχος arcānū. Set  
 qm̄ diuinārū sciētia rerū debet esse recōdita: a qua pfanū vulgus arcen-  
 dū sit: ideo diuina appellam<sup>9</sup> mystica. Hāc cœlestiū rerū atq; diuinārū Ici Sacra non  
esse inuu-  
 entiā cū imperita hoīm multitudine nō esse cōmunicādā plusculis com-  
 probemus testimonij. Heradit<sup>9</sup> nō inceleber philosophus (vt libro. ix.  
 de vitis philosophorū author est Diogenes Laerti<sup>9</sup>) librū quēdā in tris  
 partes diuisit. Ibi enī de vniueritate: de republiça, de theologia differit.  
 Quē quicē librū i téplo Dianę Ephesinę depositū de idūstria scripsit ob-  
 scurū, vt eruditī soli illū legeret: ne si a vulgo passim legeret, delictuī ob-  
 habere. Iccirco Scotinos. i. tenebricos cognociat<sup>9</sup> est in Heradit<sup>9</sup>: vt a  
 Politiano Angelo capite vno & quīquagesimo Miscellaneoꝝ traditū est.  
 ὅκοτειος em̄ & ὅκοταος tenebricos, & ὅκοτος tenebre gr̄c̄is dicunt.  
 Nīi veteres Dryiude Gr̄c̄is vtebant & līs & vocabulis (vt Cesar cōmē- Dryiude,  
 tariorib; lib. vj. de bello Gallico neminit) ne in vulgū disciplina eoꝝ inno-  
 tesceret. Aegyptiorū sacerdotes aialū figuris diuina sua mysteria scribe-  
 bāt: quas hieroglyphicas, hoc est sacras appellāt: nos aut̄ ppter earū sci-  
 tię difficultatę ignorabiles nūcupamus. Apud Macrobiū libro primo de  
 sōpnio Scipionis Philosoph<sup>9</sup> Numenius sōpniant se videre Eleusinas Hierogly-  
phicā līz.  
Numeni<sup>9</sup>  
 deas (quarū sacra interptatione sua vulgauerat) habitu meretricio ante  
 apertum lupanar. Admiratiꝝ & causas rogāti rñdere iratas, ab ipso se  
 adiuto pudicitię suę vi abstractas: passimꝝ adeuntib<sup>9</sup> p̄stitutas. Permula-  
 ta alia legere possis apud Piū Baptissā capite nono annotationū prior-  
 xū: apud Beroaldū in Annotationib<sup>9</sup>, & in cōmētario libri sexti Apuleij:  
 apud Eusebiū capite tertio tertij libri de uāglica p̄paratiōe. ¶ Impari-  
 bus nouies ternis cōtexere cubū. Cub<sup>9</sup> de reb<sup>9</sup> duab<sup>9</sup> dī: de solidis corpo-  
 rib<sup>9</sup>, & de numeris. De quo Gelliana ἔπ̄a ex capite viceſimo primi libri  
 huc ascribo. κύβος (inquit) est figura ex oī latere quadrata: quales sunt  
 (inquit M. Varro) telleri, quib<sup>9</sup> in alueolo ludis: ex quo ip̄e quoꝝ appelle-  
 lat̄ κύβοι. In numeris etiā filiter κύβος dī: quū oī latus eiusdē numeri  
 egliter in ſe ſoluif: ſicuti fit quū ter terna ducunt: atq; idē ip̄e numer<sup>9</sup> tri- Cubus,  
 pliāt. Hęc ille. Cubū ex numeris multipliç facit Martian<sup>9</sup> Capella lib.  
 vii. Prim<sup>9</sup> est octonari<sup>9</sup>. Nā bis bina bis ſunt octo. Secūdus q; a ternio-  
 ne venit eſt, vt ter terna ter: quę ſunt septē & viginti. Terti<sup>9</sup> eſt a quater  
 nione: vt quater quaterna q̄ter: q; ſunt q̄tuor & ſexaginta. Eo ſemp modo  
 ſi multiplicaueris: cubos poliſtur<sup>9</sup> lis innumeros. Diuus Augustinus li-  
 bro de ciuitate dei viceſimo hunc cubū facit. Millenarius (inquit) numer-  
 rus denarij numeri quadratū ſolidū reddit. Decem em̄ decies duc̄ta ſunt  
 centū, quę iam figura quadrata, ſed plana eſt. Vt autē in altitudinē ſur-  
 gat, & ſolidā ſiat, rurus centū decies multiplicātur, & ſunt mille. Idem  
 quoꝝ lib. xviii. de Sibyllæ Erythreaꝝ versibus. xxvij. de Christo ſcribens.  
 Versus inquit, ſunt. xxvij. qui numerus quadratū ternariū ſolidū red-  
 dit. Tria em̄ ter duc̄ta ſunt nouē: & ipsa nouē ſi ter duc̄atur vt ex lato in  
 altū figura cōſurgat, ad viginti ſeptem perueniūt. Eſt preter hec attēde-

## FRANCISCVS SYLVIVS

dum huiusmodi cubos per impares numeros inueniri. Ut quia primi cubi dyas, hoc est dualitas est fundamentū: duo primi numeri post dyadem impares cubum primū faciūt. Ut tria & quinq[ue] sunt oīo. Secundus cubus ternionem pro basi habēs, tribus imparibus numeris insequentibus texitur. Ut septem nouē, vndecim cōficiunt viginti septem. Tertius item flat ex imparib⁹ quattuor sequētibus: tredecim, quindecim, septēdecim, nouēdecim, sunt sexaginta quatuor. Si igitur per impariū incremēta cubi oīes inueniri possunt. Nouies itaq[ue] ternis cubus cōtexitur secundus. Quē lunaris circuli vim habere Pythagoras putauit: ut est apud A. Gellium in libro eodē quē aduocamus. eo q[uod] luna ordem suū lustret se ptem & viginti diebus. Cubum in Geometria primus inuenit Architas Tarētinus: ut libro octauo Diogenes Laertius meminit. Cubus oīis matris deū tribuitur: ut inquit Capella: vnde appellata est Cybele d̄m̄ tōū kūbōv. Terra em̄ (cui Cybelen pr̄ficiunt) stat mole sua. Et ut ait Vitruvius in proœmio libri quinti: Cubus quū est iactus, quā in partē incubuit: dū est intactus, immotam habet stabilitatē: vti sunt etiam tesserae, quas in alueo ludētes iacūtūt. Sex. tamen Pompeius Cybelen appellatam, dicit, q[uod] ageret homines in furorem, quem grāci kūbōv dicunt. Clavis idem trib⁹ est qd̄ ter trib⁹. i. ternario numero & nouenario ēadem inesse potestatem creditus. Nā Martianus Capella libro septimo quū triadis perfectionem dicit: inter alias hanc assignat rationē. Quia (inquit) perfectio gignit senarium nouenariumq[ue]. Paulo item post de Enneade, i. nouenario. Enneas (inquit) perfecta est: & perfectior dicitur: quoniā ex tria de perfecta forma multiplicata perficitur. Nouenarij autem viii esse quandam significat M. Varro quum scribit de arcadibus, qui forte ducti transiabant quoddā stagnum, atq[ue] ibi conuertebantur in lupos, & cū similibus feris per illius regionis deserta viuebant. Si vero carne nō veſcerentur humana, rursus post nouem annos eodem renatato stagno reformatabatur hoīes. In illis itaq[ue] fere oīibus quā Ausonius enumerat: vel ternari⁹ est numer⁹, vel nouenari⁹, aut vterq[ue], eorūve multiplicatio.

Cybele vni:  
de dicat.

Nouenia:  
rij vis.

Hois I vte  
ro for ma  
tio.

Menses.

**Forma hominis coepti: plenīq[ue] exactio partus:**

**Quemq[ue] nouem nouies fati tenet ultima finis.**

Forma hominiū. &c. Fetus in vtero matris (de homine dico) per nouenarium temporis numerum formatur, nonoq[ue] mense nascitur. Probus grammaticus in cōment. in Buc. Verg. Dianam ad partus adhiberi dicit propterea q[uod] maturescunt, nonnumq[ue] septem, sed plerunq[ue] nouem lunæ cursibus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominati sunt. Sed quoniā defactus formatiōe, eiusq[ue] nascēdi tpe inter opinatos scriptores sati nō puenit, eas nimis multas opinōes breuitati lūmicas huc nō ascribim⁹: ea vero q[uod] ab re nostra nō oīo sint aliena scribimus. Die igit nono postq[ue] virile semē p̄cepit mulier: i eo rubrē qdā guttē sunt filaq[ue] rubea. Die vero ter nono, i. vicefimo septimo humida caro appet: eiusq[ue] ptes iā discernūt, discernunt̄ etiā tria mēbra. Hic die nono(q[uod] sext⁹ est & tricesimus) caput ab humeris, extremitatēsq[ue] a laterib⁹ & vêtre distinguūtur.

Sēpe tñ cōtingit; vt hēc vno duob⁹ ve dieb⁹ citius aut tardius forment. Hēc ex Aulcenā libro nono de natura aialū, & libro tertio capite scđo Fei vicelime. Quod autē mēbrū in homine absoluaſ primū nō cōsentit. Nā authore Plutarcho lib. v. de placitis philosophorū stoicī plerisq; mēbra simul oia absolui putat. Lumbos carinā natūris instar Aristoteles. Alcmēon caput. Medici cor. sunt qui digitū pedis maximū: suntq; qui vmbilicū putēt. Qđ autē certū sit pariendi tēpus cognitu nō est facile. Pariendi Nā vt scribit Aristoteles capite quarto libri septimi de natura aialium: hois tēpus Cetera omnia animātā singulari modo ac simplici partū suū perficiūt incertū. ac certum pariēdi tēpus habēt. Homini autē vni multiplex datum est. Nā & septimo mense. & octauo & nono parere potest: & (quod frequen-  
tius est) decimo, nōnullē etiā ad vnde cīmū attingūt. Et (vt in capite. v.  
libri septimi Plinij scriptū inuenimus) decimoquarto mēse foemina qđ  
dam peperit. Nisi forte erratū est in Pliniano codice. Au. em̄ Gellius ca-  
pite decimosextō tertij libri Pliniana ipsa verba recēsens tredecim mēses  
enumerat. In quo eodē capite partitionis tēpus incertum esse memorat.  
Foemina vero tardius qđ mare in vtero mulieris perfici, eāq; mēse deci-  
mo frequētius qđ mare nasci tradit Aristoteles capite tertio libri septi-  
mi de natura aialū. Propius tamē & ad rē nostrā cohērētius Aulēna  
his locis quos adiocabamus ad hūc prope modū scribit. Fetus (inqt)  
non eodē fere tempore in vtero semp absoluit. Aliquādo enim tricesimo  
quinto die formatur, aliquādo quinto & quadragesimo: quo tēpore du-  
plicato mouet motus vero tēpore triplicato pariendi tēpus adeſt. Qui  
igitur tricesimo quinto die formatus est, septimo mēse nascit: qui vero  
quadragesimo quinto, hoc est quinquies moueno, mēse nono in lucem  
editur. Timēus (vt Plutarchus libro quinto de placitis philosophorū  
meminit) mēse nono fectū nasci autumat. Quē nonū mēsem pariēdi  
esse perfectissimū ideo autumamus, qđ tria sanctitatis, pietatis, diuiniza-  
tatis clara Specimina cōpletis nouē mēsibus nata sunt. Ioānes Baptista,  
Virgo Maria, Iesu Christus. Macrobius lib. i. sup expositione sopnij  
Scipionis fatus in vtero formādi, & post partū crescēdi atq; mutandi  
rationē hebdomadi hoc est septenario numero tribuit. Censorinus ca-  
pite septimo absolutū rē perfectionē esse putat, si septenario fernari  
adiūgaſ. vt mēle septimo dentes infanti nasciſt, mēle autē decimo per-  
ficiſt, anno septimo dentes primi decidūt, anno autē decimo, vītimi  
Anno decimoquarto nōnulli, s̄t intra decimū septimū pubescunt oēs.  
De fōtū in vtero formatione, vitęq; per numeros discretione plura  
scribit Censorinus capite duodecimo, quæ prudens omittit, ne amplior  
scriptioq; magnitudo par uitatē libelli nimio plus exuperet. Infans quū  
nascitur, ritu naturæ caput prius nascit, & qđ vitę mors est cōtraria,  
mortuus homo pedibus prioribus effertur. author est Plinius libri  
septimi octauo capite. Die nono postq; natus est infans, ei nomē a Ro-  
manis indebatur, si mas erat s̄i foemina octauo, vt author est Plutar- Nomē qđ  
chus in Problematis, quoq; vulgatione eslemēdabis codices: nā die nono, infantī im-  
nō anno nono scribes. In trimatu cuiq; dimidiā esse mensuram stature ponatur.  
Plinius capite decimosextō septimi libri autumat. Illud quoq; obiter

## FRANCISCVS SYLVIVS

Corporis dicimus ex Vite uvio capite primo libri tertij. Humanū corporis si a pe  
humanial dibus imis ad summū caput mēsum erit: aq; mēsura relata fuerit ad  
titudo.

manus panfas anueniet eadē latitudo quę & erit altitudo. D. Augustinus libro de civitate dei. xv. aliā scribit rationē percipiendę altitudinis nostri corporis. Humani, inquit, corporis altitudo a vertice usq; ad ve  
stigia sexies tantū habet. q; latitudo quę est ab uno latere ad alterum latus, & decies tantū, q; altitudo. Cuius altitudinis mēsura est in latere a dorso usq; ad vērem. Velut si iacentē hominem metaris supinū seu

Ternarij in hōie. pronū, sexies tātū lōgus est a capite usq; ad pedes quantū latus a dextra in sinistrā, vel a sinistra in dextrā, & decies q; altus a terra. Innumerū me hercule ternarij pertinet ad hominē sunt. Ex his paucos lectorū oculis subiçio. Principio, vt ait Plato i Sympoſio, tria fuerūt hominū ge  
nera, mas, foemina, & ex utroq; cōpositū. Eius nobis nomen solum qd  
infame est remansit. ipsim perijt. Androgynū enī tūc erat & specie & no  
mine ex maris & foemine sexu cōmixtū. Tria infun̄t viſe hominū nasci,  
mori, & inter hēc medium, hoc est, viuere, nasci, & mori Stoici fatis, me  
dia fortunę tribuebāt. Qes autē res hominū illis tribus fūt rebus, aut  
volūtate nostra, vt sedere, surgeret, aut volūtate fortunę, vt nauigare,  
honorib; fungit, aut fati necessitate, vt nasci, mori. Author est Servi<sup>9</sup>

Hominū sexus. Parientiū libro cōmētarioq; in æne. Virg. primo. Authore Sex. Pompeio parientiū mulierū nixibus dij tres præterant, inde Nixijs appellati. Eorū signa  
tria genibus nixa in Capitolio erāt ante cellam Mineruæ. M. Varro, vt  
ait A. Augustinus libro de civitate dei. vi. commemorat mulieri fort  
post partū deos free adhiberi custodes, ne deus, Sylvanus<sup>9</sup> noctū domū  
ingrediēs ēa vexet. Eorū triū deos significandoz causa tres homines cit  
cure limina domus, ac, primū, limen securi ferire, deinde pilo, tertio scop  
pis deuerrere, vt his datis culturę signis deus Sylvanus introire phī  
beatur. Quia arbores sine ferro nō cedūt, neq; far cōficitur sine pilo,  
neq; fruges coacer uātūr sine scopis. Ab his aut̄ tri bus rebus tres nun  
cupatos deos intercidonē a securis intercissionē, Pilumnū a pilo, De  
verram a scopis. Quibus dijs custodibus cōtra vim dei Sylvani fort  
eōstruaret. Corporis huāni tres esse ptes principales caput, thoracē,  
alū Aristoteles libro Problemata. xxxiiij. menorat. Idē libro. x. scri  
bit oculi nostri triplicē cō colorē. Alij enī oculi nigri sunt, alij subnigri,  
alij cœsi. Puéri anno tertio perfecte loqui possunt. Orus Niliacus au  
thor ē Aegyptios quū facturnitatē significare vellit, solitos cō scribere.  
M. LXXXV. qui numerus triū annog dies cōtinet. Amiūs enī cōstat  
ex diebus. CCCXLV. Intra qd tēpus q;rū nō loq;rāt infans significat, et  
si lingūa habuerit, ei tñ def. iſſe vocē. Plato in libro de legib; septimo in  
pucroq; studijs disciplinarū ternarij rationē habuisse visus est. Puéri,  
inq; decennies ad literas pfectuant, triēnioq; insitūt. Qui tres ac decem  
egerint annos, lyra annos tres incubāt. Nec licet patri filios i his plus  
aut min⁹ detinere. Vite quoq; humanae via triplex est: vna simplex iner  
taq; est, neq; virtutis neq; vitiog. Ea durat usq; ad pubertatē. Hāc du  
sequuntur, vna sinistra, quę est vition, altera dextra q; virtutis est. De  
his Lactatius cap. iiiij. libri. vij. Plato i libro de rep. ix. tria dicit hominū.

Corporis humani partes. Oculorū colores. Via hu  
mana.

genera prima esse, philosophicū, ambitiosū, avarū. Tria quoq; voluptū gñā his subiecta. Disciplinā, honorē, quēstū: p̄ sua reliquas quēq; cōtemnere. Tria insunt in natura homī, vt ait M. Cicerō in libro Tusculanū disputationū tertio, vñū gaudere, alterū dolere, tertius neq; gaude re, neq; dolere. M. Varro, vt ait D. Augustinus libro de ciuitate dei. vij. tres animē gradus assentit. Vnū qui p̄ oēs corporis partes, q̄ viuūt, diffusus est, nec habet sensu, sed ad viuēdū solu, valet. Hāc vim in nostro corpore permanare dicit in ossa vngues & capillos. Alterū in quo sensus est. Hāc vim puenire in oculos, aures, narē, os, tactū. Tertiū summū q̄ vocatur animus, in quo intelligentia p̄ceminet. Hoc pr̄ter horum ē omnes carē mortales. In ea qm̄ hoīes deo similes esse vident, hanc partē animē, mūdi dicit deū esse, deū aut̄ in nobis genitum vocari. In aīa mūdi tres ḡra dus eosdem id apud eundem instituit. Vnā ei, partē dicit lapides ligna & hanc terrā, quā videmus, quo nō permanat sensus. Alterā quā ei mūdi sensu, vocat, vt æthera. Tertiā porro, quā & animā eius nuncupat, q̄ scilicet peruenit in astra. Tria hoīm gñā authore Virgilio lib. æneid. vi ad superos redire possunt. Pauci quos equus amauit Iupiter. Aut ardes exiit ad æthera virt. Dijs geniti potuere. Forum q ad supos deos ascēdere nō possint, triplex purgatio est, vt ait Servius lib. Comētarior. in gen. Virg. vi. Alij em̄ purgant in terra, q̄ vitē fuerūt nimis sordide, ac volūptatib⁹ dedit, i. transiit in corpora terrena. Hęc aut̄ igni purgati dicunt. Ignis em̄ ex terra oris, quo exurunt omnia, Nā cælestis nō vrit. Alij purgantur in aqua, id est trāeunt in corpora marina: qui melius paulo vixerūt. Alij in aere, i. trāeunt in corpora aeria. Hic sunt qui sati bene vixerunt. Vnde etiam in sacris omnibus tres sunt illa purgationes. Nam aut̄ tēda & sulphure purgant, aut̄ aqua ablūuntur, aut̄ aere ventilantur. Alios multos corporis aut̄ animē ternarios in his commentarijs passim inuenias. ¶ Ut vero ad inceptum reuertamus pariendi hominis certum nullum tempus statutum est, quum animā tibus reliquis constitutum certum sit. Authore enim M. Varrone libro de re rustica primo equa ventrem fert duodecim menses, vacca de cē, ovis & capra quinq; sus quattor. Vulgo receptu, est aialia illa tria tres menses & tres dies ferre selem, canē & vrsam. In Lusitania certo quodam tempore e vento equa concipiunt. Ex his natū pulii non plus trienium viuunt, vt ibidem Varro scribit. ¶ Hominis tam fœminę q̄ maris. Homonis genituum habuit aliquando, vt ait Priscianus libro sexto. Ennius. Vultūris in sylvis miserum mandebat hominem. Heu q̄ crudeli condebat membra sepulchro. Obiter attende tria hęc vulturis vulturius, vultus pro significatu eodem dici. ¶ Exactio perfectio. Exigere enim perficere est. Virgilius in libro Aeneidos primo. Omnes vt te cum meritis pro talibus annos Exigat, & pulchra faciat te prole parentem. ¶ Quiq; nouem &c. Humanæ vitæ finis ultima annis nouis nouies hoc est vno & octoginta diffinita est. Quē igit̄ non qui legēdū puf̄ eo ordine. Quem hoīem finis ultima fati cōtinet nouem nouies annis. Viuēndi meta oībūs eadem cōstituta nulla prorsus cognoscitur. Alios meta. em̄ citius: alios tardius natura & satisfacere cottidiana intelligētia cōp̄:

# FRANCISCVS SYLVIVS

**H**edimus. Nec inter ipsos astronomos peritos: qui in stellarum signorum ratione verum scrutari se dicunt, villo etiam modo puenit: ut capite sexto memorint Cesarinus. Epigenes certum duodecim annis vitam constituit longissimam. Berossus certum & sex: alij ad certum viginti annos produci posse: alij etiam ultra credidere. Plinius tamen capite quadragesimono Epigenem certum viaginta duos annos: ac Berosum certum & septuaginta numerasse dicit. Id verum esse multi ideo sibi non persuadeant, quod certum esse metam: quia transgredi nequeas: constitutam oibus ex scripturam sacra fontibus haurire se dicant. Nam capite sexto libri Genesios hisce verbis predictum est. Quum corporis sent hoies multiplicari super terram: & filias precessent videntes filii dei filias hominum quod essent pulchri accepunt sibi uxores ex oibus quas elegerant. Dixitque Deus. Non permanebit spiritus meus in hoie in aethernum: quia caro est. et unumque dies illius certum viginti annos. Fursio sententia hoc de scribit Lactantius. Cuius verba haec sunt ex cap. xiii. libri secundi diuinorum institutionum. Deus inquit quatuor videret orbem terrae malitia & scelerum oppretum: statuit humanum genus diluvio perdere. Sed tamen ad multitudinem reparandam delegit unum. quod corruptum oibus singulare iustitiam surgarat exemplum. Hic quum sexcentorum esset annos: fabricauit arcam sicut precepit ei deus: in qua ipse cum coniuge ac tribus filiis totidemque nuribus reservatus est: quoniam aqua universos montes altissimos operuisset. Deinde orbem siccato execratus iniustitiam prioris seculi Deus: ne rursum logitudo vite causa esset excogitandorum malorum: paulatim per singulas generes diminuit hominis aetatem: atque in certum & viginti annos metu collocauit: quia transgredi non licet. Haec ille. Id autem ex libro Genesios, eruntque dies illius anni certum viginti d. Augustinus aliter enarrat. Eius verba sunt ex lib. xv. libri de civitate dei. Quid inquit dixit deus. Erunt dies eorum cxx. anni, non sic accipiendum est, quasi praeannuntiatum sit, posthac homines centum viginti annos vivendo non transgredi. Quum & post diluvium etiam quingentos excessisse inueniatur. Sed intelligendum est hoc deum dixisse, quum circa finem quingentorum annorum esset Noe, hoc est quadragecentos octoginta vita annos ageret, quos more suo scripturam quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque significans. Sexagesimo quippe anno vita Noe, secundo mense, factum est diluvium. Et sic centum viginti anni praedicti sunt futuri vita hominum periturorum, quibus transactis diluvio deterrentur. Haec ille. Enarratio haec mihi profecto ingeniosior & certe verior esse videtur. Multos enim Plinius enumerat libro septimo, qui annum. cxx. supergressi sint. Trebellius tamen Pollio in vita D. Claudij scribit a Mathematicorum doctissimis cxx. annos homini ad vivendum datos. iudicari, neque hominum cuique amplius concessum esse iactari, qui addant illud Mosem solum dei, ut ludorum libri loquuntur, familiarem. cxxv. annis vixisse. Is quum queratur, quod iuvenis inferret, responsum ei ab incerto fecit numine, neminem plus esse victurum. D. tamen Augustinus libro. xviii. de civitate dei Mosem scribit anno aetatis. cxx. mortuum esse. Plato in libro de re publica. vita metam esse ait annorum centum. Sex Pompeius Hyperboreos supra aquilonis flatum habitantes dicitos putat, quod humana vita

modum excedant viuendo vltra centesimū annū, quasi ī περβαίοντες  
dōv seculi humani. Homerus quoq; (vt est apud A. Gelliū capite de-  
cimo tertij libri) vastiora pliiora q; antiquoq; hominū corpora fuisse  
opinatus est: nūc q; quasi mūdo iam senescete rerū atq; hominū detri-  
mēta esse. Iam enim ad annos centū distracta est vita nostrā breuitas,  
vt Ecclesiastici capite duodecimo traditum est: Numerus dierum  
hominū vt multū cētum anni quasi guttæ aquæ maris deputati sunt,  
& sicut calculus arena, sic exigui anni in die ævi. Hominis vitā vītra cē-  
tum annos proferri uō posse Aegyptij humanarū rerū prudentissimi  
ex pondere humani cordis corum qui sine vlo valitudinis offendiculo  
vixerūt. Hominis em̄ anniculi cor drachmas duras pendere:  
bini quatuor, & sic in annos singulos vsc; ad quinquagesimū accedere  
binas, que tūc numero centū inuenirent, deinde ab anno quinquagesimo  
singulis annis binas detrahi obseruauerunt. Ex quo perspicuū est hu-  
manū cor anno cētimo ad anni primi redire pōdū, nec pducere posse  
longius. Author est Césorinus capite decimo quarto. & Plinius capite  
tricesimo septimo libri vndecimi. Anno septuagesimo pfectū humanæ  
vitæ spatiū terminari Macrobius libro primo de sōnij Scipionis expo-  
sitione affirmat. Qd̄ quisq; excesserit, ab omni officio vacuus est. Psal-  
mista psalmo nono & octogesimo. Annī nostri sicut aranea meditabun-  
tur, dies annos nostrōs in iphis septuaginta anni. Si aut̄ in posetatib;  
octoginta anni, & amplius eorū labor & dolor. Authore Laertio, Dioge-  
ne. Solon, vitæ humanae terminū esse ait annos. LXX. Quūq; idē scribe-  
ret hūc annū fatalē esse, eū reprehēdit. Mineruus hortatusq; est vt annū  
LXXX. dicteret. Sed ad ternariū iam redimus nostrum. Triplex mortis  
humanae gen⁹ Baptista Pius in pmētarijs in Cistellariā Plauti. Serui⁹  
isē in pmētarijs quarti Aeneidos assignat, qd̄ scilicet pcedit natura, fato  
aut fortuna. Natura, homini em̄ vltra cētū viginti annos vivere nega-  
tū est. Fato, nā anni nonaginta. i. tres Saturni cursus hoi exitū morte q;  
affertūt, nisi forte aliarū stellarū benignitas tertii ei⁹ super cursum. For-  
tuna, i. casuq; ad oīa, q; extrinsecus sunt, ptinet, vt ad ruinā, ad incēdia,  
ad naufragia, ad venena, ad sexēta gñis eiusdē alia, q; i hoīm vita crebro  
versant. de hac re A. Gelli⁹ cap. pmo. libri. xiij. logi. Pr̄ter hęc hūanę viz-  
tę discrimē qd̄ est maximū huic nostrō (de quod dicim⁹) ternario est attri-  
buēdū. Rei cui⁹ originē alti⁹ paulo repetim⁹. In morbis septim⁹ qsg; di-  
es piculosus est, p̄s oēm vitā septimū quēq; annū eū esse, in quo hūanę  
vitę salus fluctuaret maxime putauerūt. Ex his tñ piculis pleniores an-  
fides) in Boetiam primus attulisse traditur. Vel quia Linum Thebanū eas inueniēt putant. Author est Cor. Tacitus libro undecimo. ¶ Religio ne. i. superstitutione: quum tamen aliud sit religio aliud superstitione. Cicero libro de Deorum natura primo. Horum sententia omnia non modo superstitutionem tollunt: in quo inest timor inanis deorum: set etiam religionem: quae deorum cultu pio continetur. Vnde dicta sit religio: anceps est quæstio inq̄ tris partes a viris prudentibus arbitrata. Cicero a relegendo dictam esse vult. Cuius verba (quæ item inter relegionem atq; superstitionem differentiam ponunt) ex libro eodem quem dixeram huc ascribo. Non (inquit) philosophi solum verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separaverunt. Nam qui totos dies precabatur & immolabant: vt sui liberi superstites essent superstitioni sunt appellati: quod nomen patuit postea latius: Quia autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent: diligenter retractarent: & tanq; relegerent: sunt dicti religiosi ex relegendo: vt eligentes ab eligendo: & tanq; a deligendo diligentes: ex intelligendo intelligentes. Diuus tamen Augustinus capite quarto libri decimi de Civitate dei a religendo quasi reeligendo religionē dici putat: quum enim deum negligentes amiseramus: diligendo reeligimus. Laetantius capite vicesimo octavo libri quarti a religando religio nem dici autumat: eo q; pietatis vinculo obstricti deo sumus: & quasi religati. Quarta superest opinio: q; est A. Gellij capite nono libri quarti & Macrobi libro Saturnalium tertio: qui putant religionem dici quæ propter sanctitatem aliquam remota sit ac seposita a nobis quasi a relinquenti dicta sit: vt a carendo ceremoniæ: vt religiosa templo quæ vulgo dicunt deuotio: sed religiosus dies est quem propter omninis diritatem relinquinimus. ¶ Qui sex spreuissimè timebant. Codices alij etiam vetusti perijisse habent: quod non est abiendiendum.

Religio un  
de dicatur

Supstitutione  
suis.

Trina terentino celebrata trinocchia Ludo.

Qualia bis genito Thebis trieterica Baccho.

Tres primas Thracum pugnas. tribus ordine sellis

Iuniadæ patri inferias misere sepulso.

¶ Trina terentino &c.i. Teretini ludi tribus noctibus celebrabātur: vt trieterica tribus diebus. Teretini ludi quo fuerint modo primitus instituti non eadem est omnium opinio. Politianus capite quinquagesimo octavo Miscellaneorum in hac deflectit sententiam. Quum (inquit) bellū inter se Romani Albaniq; gererent: inq; procinctu staret utrāq; acies: astigit repente quidā monstrōla specie pelle amictus furua vociferās: iubere Ditem patrē deamq; Proserpinam fieri sacrum sibi prius: q; preliū cōmitteretur. Quo viso perterriti Romani p̄tinus aram sub terra ædificant: sacrificio latum facto pedum viginti aggere cōtegunt: vt omnibus nisi Romanis ipsis esset ignobilis. Censorinus capite sexto ex M. Varone scribit. Quum multa (inquit) portēta fieret: murusq; ac turris quæ

Terentini  
ludi.

## FRANCISCVS SYLVIVS

sunt in eis portam Collinam & Exquelinam: de caelo tacta essent: ideo libros Sybillinos quindecimuiti cōsultunt: renunciantq; ut Diti patri ac Proserpinę ludi Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus: & furū hostiē immolarentur: vtq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Haec est ara quam Valesius Sabinus inuenit: ibiq; continua tres tribus noctibus sacra ludosq; & lectisternia fecit: quia tres sui liberi adusq; medicorum desperationem peste laborantes ibi curati fuerant: vt scribit copiose Valerius libro secundo titulo de Institutis antiquis: a quo putat ludos Terentinos fuisse institutos. Super ea re igitur triplex est scriptorum sententia.

- Terentus.** ¶ Tarentum locum illum in campo Martio vbi aea infossa erat appellare videtur Valerius: sed Teretum scriptum inuenio apud Beroaldum in annotationibus, apud Censorinum capite sexto, apud Sextum Pompeium, cuius verba sunt. Teretus (inquit) locus in capo Martio dictus: q; eo loco ara ditis patris in terra occultaret. A terra igit̄ dictus est Teretus. Teram autem a teredo dictam uno r in libris Augurum scribi author est M. Varro libro de lingua latina primo Ludi Terentini ijdē sunt qui & seculares: quos cētesimo quoq; anno fieri M. Varro scribit. Censorinus tamen ex quindecimjorū cōmentariis & ex edito Augusti cētesimode cimo quoq; repeti author est: adeo vt Oratius Flaccus in carmine qd; de secularibus ludis cantatum est hoc modo designauerit.
- Tera.** Certus vndenos decies per annos  
Orbis: vt cantus referatq; ludos  
Ter die claro totiesq; grata.
- Seculares ludi.** Nocte frequētes. Diuus Augustinus capite duodeuicesimo libri tertij de ciuit. dei alios esse dicit ludos seculares & alios terētinos. Dicti autem sunt seculares: q; plārūq; semel fiat hominis q̄tate: vt multa alia q; raro sunt: post seculū euenire usurpat eloquentium cōsuetudo: De seculo ludisq; secularibus legere possis amplius apud Censorinū Capitibus sexto & deci moquarto. Inferis item Ludi Tauri celebrantur: vt id obiter dicamus. Tarquinio enim Superbo regnante magna in grauidas mulieres incidit pestilētia: quae ex carne a populo Taurorum diu vendita creatuā est. In deorum igitur inferiorū honorē ludicri ob id Tauri appellantur instituti sunt. Author est Sext. Pompeius. ¶ Trinoctia autem potius q; tridua appellantur: licet diebus tribus vt noctibus celebrata sint: qm̄ dies inferis (quo rum nox est) hi ludi instituti sunt. Ludos autem celebrandi qui mos fuerit Politianus in Miscellaneis memorie pdit. Vbi (inquit) iam aduenit dies festus triduum trinoctiūq; sacris intenti in ripa ipsa maxime Tyberis agitabant. Sacrificia vero Ioui, Iunoni, Apollini, Latona, Diana, prætereaq; parcis, & quas vocant Iithyias, tum Cereri, & Diti & Proserpinę suscipiuntur. Secundē primę noctis hora princeps ipse & quindecimunū tribus aris ad ripam fluminis extrectis totidem agnos immolat. Aris autem sanguine imbutis cęla victimarū corpora cremant. Constrūta vero scena in theatrī morē lumiua & ignes accendūt Hymnos ad hunc vsum præcipue cōpositos cōcīnunt. Hæc celebrat̄ tribus his donat̄ tritico faba, hordeo. Mane vero ascendunt capitolii: sacraq; ibi de more faciūt: tum i theatrū cōueniūt ad ludos in honorē Apollinius & Diana faciēdos.
- Terentini ludi quoq; modo celebrabātur.**

Altero die nobiles matronæ qua hora præcipitur ab oraculo in capitulo hū cōueniūt: deo supplicat, lectisternia frequētāt, hymnos ex ritu canūt. Tertio die in templo Apollinis Palatini ter nouem pueri prætaxati, totidemq; virgines, patrīm oēs, matrīm q; Græca, Romanaq; voce carmina & Pænas cōcīnunt: quib⁹ imperiū incolumitatēm q; Romani populi dijs immortalib⁹ cōmendāt. Tribus his dieb⁹ atq; noctib⁹ in thea tris oībus ludi celebrātūr, oībus in templis sacra fūnt. Hæc ex Politiano. Plura si desideras desiderio satissimac̄ tuo Herodianus libro tertio, Politianus & Mancinellus in cōmentarij his, quos in Oratiū de seculari carmine scripsit. ¶ Qualia bis genito &c. Dionysios tres Bacchi nomine Diodorus libro quinto, itē Volaterran⁹ in Theogonia numerāt. Bacchi tres. Vñ ex Ioue & Io in Boeotia natū, vitis & Ziti inuentorem: qui Indiam triennio subiugauit. Inde in Boeotia rediēs oīm primus elephante īdico triūphauit. Ex quo Boeotij ceteriq; Græci ac Thraces in ei⁹ triūphi memoriā sacra ei trieterica instituere. Vnde in multis terrę Græci vrbibus Bacchides mulieres triennio cōueniūt, hymnosq; & cātu furentū more in eius honorē cōcelebrant. M. tñ Cicero in libro de natura Deorum primo scribit Dionysiu quintū ex Nyso & Thione natū trieterides Dionysij. cōstituisse. Alterū multo ante sépore ex Ioue & Proserpina natū, qui boves primo iungit at atro, quiq; serēdi vsum docuit. Tertiū ex Ioue & Semele puerū molli corpore ac delicato: editū imperfectum, exq; paterno crure absolutū. Multi ergo similis errore nominis vñ tantū extitisse putauerūt. ¶ B's genito &c. Nota fabula. Quū scilicet Hermione monile collo aptasset suo Semele, qua cū Jupiter cubare solebat, Iuno facta anui similis ei cōsulit, vt ab Ioue petat, vti talis cubet secū, qualis cū Iuno cubare solebat. Semele igit fulminata, Bacchus qui maternos menses nōdum impleuerat, eos in Iouis femore cōpleuit. Ideoq; dimeter appellatus est: vt Eusebius capite secūdo secūdi libri de euāgeliā preparatiōne meminīt: qm̄ ex patre vno duabusq; matrib⁹ procreatus fuisse videtur. Diodorus libro quinto tradit Bacchū ex fulminata matre aborsum ab Ioue Mercurio esse traditū quē ad antrū Nyse deferret: quod est inter Nilū & Phœnicia, a nymphisq; omni cura ac studio educatū. Vnde ab Ioue (qui Dios. i. deus dicit) & Nyse Dionysiu dixerūt. Apud Philostratū libro secūdo de vita Apollonij Tyanē Mons Nyse p̄imus p̄ god. i. coxa vel femur appellat: ideo fabulādi relicta est poetis licentia: vt Bacchū in Iouis femore maternos menses cōplesse mētitetur. ¶ Trieterica. i. tertio quoq; anno celebrata. Trieterikō eīn trienalnis dicitur. In mōte Cytherone ea celebrari sacra dicebēt. Quē eadē Nyctelia appellātūr quia nocte siebāt: vt ait Seruius in cōmētario libri Aeneidos quarti, & πό τὸ δρυκτόδ. i. a. nocte. Quoniam de Baccho eiusq; sacrī plaziq; omnes aliquid scribunt: ideo scribendi de eis finem faciamus. Ea eīn tantū quē viderētūr obscuriora suscepimus interpretanda. ¶ Tres primas Thracum pugnas &c. D. Iunius Brutus gladiatorum munus in honore pugne. defuncti patris edidit primus: vt L. Florus libro decimosexto epitoma: tū Ti. Liuij meminīt. Inde propagatū esse morem vt in defunctionum honorem munus ipsum exhiberetur: memorī dat Beroaldus in cōmē-

## FRANCISCVS SYLVIVS

tarijs Suetonij in vita Tyberij Cesaris. Valerius item Maximus libro secundo titulo de institutis antiquis. Gladiatorium (inquit) munus primum Romæ datum est in boario Appio Claudio & Q. Fulvio consibus. Dederunt M. & D. filii Brutii funebri memoria patris cineres honorando. Hoc munus gladiatorum in foro dari a maioribus consuetudo tradita est: ut capite primo quinti libri author est Vitrui<sup>9</sup>. Ideo T. Liui<sup>9</sup> libro tertio tertius Decadis author est M. Aemilio Lepido filios tres, Lucium, Marcum, & Quintum ludos funebres per triduum: & gladiatorum partia duo & viginti per triduum in foro dedisse. Idem quoque libro. xxvij. tradit Scipionem redisse Carthaginem nouam ad edendū munus gladiatoriū, quod mortis causa patris patruī parauerat. Eumq[ue] morē fuisse a lanistis comparare, seruorū ac liberorū delectu, qui venalem sanguinem haberet. Iuniaq[ue] ergo. i. Iunij Brutii filii, aut tria gladiatorū paria in partis honorem dederūt, aut gladiatoriū ludi triduum celebrauerunt, aut tria ludorū genera obtulerūt, hoc est hastiliudiū, digladiationem que gladiis p[ro]prie fit, & myrmilloni ac Thracis certamen. Gladiatorum enim quosdā peculiari vocabulo ab armatura Thracū Thraces appellat. Horatius in epistola ad Lolliū. Ad imum Thrax erit, aut olitoris ager mercede caballum. Thrax (inquit Acron) id est gladiator. Nā Myrmillo secutor dicit. Sēsus est: aut gladiator in ludū se p[re]feret, sicut sunt Thraces, aut erit mercenarius olitoris. Itē Pompeio Thrax erit. i. auctorabitur se in ludū, vt gladiator sit. Thracem gladiatoriis nomen fuisse propriū Lantinus putas hallucinatur. Ausonius in monosyllabis. Quis myrmilloni cōtenditur equanimus: Thrax. Cicero Philippicarū sexta. O impudicitiam incredibilē. Tantū ne sibi sumpsit, quia myrmillo Thracem iugula uit familiē suum. Myrmillonē appellatum fuisse secutorē, & Thracem retiariorū. Baptista Pius capite octogesimo octavo Adnotationū prodit. Myrmillo autem ideo appellatur, quia myrmillonicū genus erat ac mature Gallicē. Qua etiam re Myrmillo Gallus appellabatur. Authore Sex. Pōpeio. retiarius cū myrmillone pugnās dicebat. Nō te peto, p[ro]scē peto: Quid me fugis Galle? Nam in myrmillonū galeis p[ro]scis erat effigies, quem nō myrmillonē capere se velle dicebat retiarius. Qua igitur ratione myrmillo appellatus est Gallus, eadem, & retiarius Thrax. Hoc genus certaminis putat a Pittaco Mythilengo & septem sapientibus uno primitus inuentum fuisse. Quum enim Mythilengi cum Atheniensibus de agri Achillitidis possessione decernerent, Pittacus cū Phrynone Atheniensium duce singulari certamine pugnans rete (quod sub Clypeo tegebatur) Phrynonem ita implicuit, vt explicare se nō queuerit. Quo perempto agri possessio seruata est. Vnde fortasse Thrax appellat<sup>9</sup> est retiari<sup>9</sup>. Nā Hyrradius Pittaci pater Thrax erat: ut author est Diogenes Laertius libro primo, cuius armis vsum fuisse filiū nō discouenit. Vel Thracēs appellati sunt gladiatores a similitudine palmularū Thraciarū, ut ait Sex. Pōpeius. Plato in libro de legibus octauo tria scribit certaminū genera: vnu puerorū, alterū puberū, tertiu virorū. Virorū tria illa apud Gr̄cos veteres athletica fuere certamina: ut ait Dionysius Halicarnassus lib. septimo: ut essent cursores, pugiles, luctores: ut Homer<sup>9</sup>

Thrases.

Myrmillo

Gallus.

Certaminū genera.

# IN GRIPHON AVSONII. Fo.XXXVI.

In Patrocli funere declarat. Aristoteles libro rhetericorum ad Theodem primo certatiuam corporis virtutem tribus illis constare dicit, magnitudine, robore, velocitate. Magnitudine pugiles, robore luctatores, cursores velocitate. Qui duobus valeant pancratistas, qui omnibus pentathlos appellari. Claudius Nero, ut in eius vita Suetonius scribit, primus omnium Romarum instituit quinquennale certamen triplex more græco multum, gymnicum, equestre, quod appellauit Neronia.

¶ Primas pugnas, id est a Iuniadis in honorem defuncti patris primo editas. ¶ Iuniadæ: non intelligas de filijs Brutii eius qui Tarquinios in urbem recipiebros non cœluit. Cui duos tantum fuisse filios licet multi cum Tito Livio sentiantur. Plutarchus tamen in vita M. Brutii eius qui unus ex Cesariis fuit interfectoribus ex possidonii philosophi sententia tradit ei tres fuisse filios: duos securi percussos: tertium vero tum infantem fuisse: a quo Brutii alij genus capiunt. Fuerunt igitur ii Iuniadæ circiter ea tempora: quib[us] cum Romanis Pyrrhus pugnauit. ¶ Inferiæ: ut author est Seruius in commentario libri decimi) sunt sacra mortuorum: quæ inferis soluuntur. Sane (inquit) mos erat in sepulchris virorum fortium capti uos necari. Quod postquam crudele nimium visum est: placuit gladiatores ante sepulchra dimicare: qui a bustis Bustuariorum dicti sunt. Eorum si forte copia non fuisse, lanantes fœminæ genas suas effundebant sanguinem ut idem ait libro. xii. Inferias tribus fieri Volaterranus in Philologia perdit sacrificando Diti spargendo flores tumulo: tertio ludos & epulum dando. Ludos autem qui in mortuorum honorem celebrentur nouendiales etiam appellari scribit Seruius in cōmētario libri Aeneidos quinti. Nam apud maiores ubique quis extinctus fuissebat: ad domum suam referabatur: illicque septem diebus reseruabatur: octauo die incendebatur: nono sepeliebatur. Nouendiales ferias a numero dierum appellatas esse festus Pōpei ait. In his pfecto inferis habitâ fuisse ratione ternarij non ignoramus. Ut libro Aen. sexto quod Deiphobo cœnotaphiō fecisse se dicit Aeneas adiungit. Ermagena manes ter voce vocatu, libro quoque xi. Virg. de Troianis & Etruscis scribēs, suorumq[ue] in acie ceciderat corpora de more cremati. Ter, inquit, circum accensos cincti fulgentibus armis  
Decurrere togos, ter macrum funeris ignem  
Lustrauere in eqs. Sepultis quoque ter vale vale vale dici solitu[m] author est Seruius. Aiacus funeus triduum factum est Dictys Cretensis lib. v. scribit. Patrio sepulchro legunt alijs patri sepulcto. Sepultus (ut ait Plinius) capite quadragessimo quarto libri septimi dicunt quoquo modo conditus Humatus vero humo conteccus. Sepelitus dixerunt antiquissimi. Cato in Thermum. Mortuus est: sepelitus est. Author est Priscianus libro decimo. Dicimus obiter nec loci illius Persiani satyra secunda O si ebullerat patru[m] scelerum funeris, enarratio ne necias, dicimus inquam eam fuisse apud veterem consuetudinem: ut pecunias vna cum cadavere ihumarentur: ut in sarcophagis vetustissimis apud nostrates & pecunias & arma cum ossibus iuxta vidimur. Albani quoque diuitias oculis cum parébant sepeliebant: ne diuitiae post paréntum mortem relinquentur mortuorum memoriam tristitiamque afferrerent. Quocirca pauprimeri viuebat Albani: ut potest patrimonio nullo ditati. Author est Strabo libro undecimo. Herodotus

Iuniadæ.

Inferiæ.

Nouendiales.

Sepultus. ¶  
Sepelitus  
Persii locus.  
Pecunia in  
sepulcris.

## FRANCISCVS SYLVIVS

quoq; libro primo tradit scriptū fuisse i Semiramidis sepulchro ad hāc sententiā. Si quis Babyloniorū rex pecunie indigēs maximē sepulchrum hoc aperiet thesaurū ingētem in eo inueniet. Darius Babylonico regno potitus thesaurū ibi esse occultum arbitratus sepulchro eā ob rē aperto scripturam hanc inuenit aliam. Nisi avarus tu fuisses : mortuorum sepulchra non violasses. Apud Egesippum libro primo excidii Hierosolymitani proditum est. Quum Anthiochus Hierosolymam Hircanum: & obsideret: reserato Davidsepulchro tria auri talentorum milia Hir- canus eruit: ex quibus trecenta Antiocho vt obsidionem relinqueret an- numerauit. Quid igitur dicat ibi Petrus puto non ambigis.

Ille etiā thalamos per trīna ænigmata quærens,  
Qui bipes: & quadrupes foret: & trīpes omnia solus.  
Terruit Aoniam volucris: leo: virgo triformis  
Sphīnx volucris pennis: pedibus fera: fronte puella.  
Trīna in Tarpeio fulgent consortia templo.  
Humana efficiunt habīacula ter genus artes:  
Parietibus qui saxa locant: qui culmine tigna:

Et qui supremo fucat tectoria cultu.

**Iocasta.** Ille etiā in ternario Oedipus locastē nuptias per enigmatis triplicis solutionem querens. Hoc autē ænigma erat. Quis solus esset ista tria bipes tripes quadrupes. Id quod interpretamur secundum codicem Tacuini vbi illi scribitur: que lectio placet magis q̄ si illa (vt est in codici bus alijs) legatur. Merruit Aoniam. Sphinx quæ hoc ænigma proponen do terruit Boeotia erat triformis volucris, leo, virgo. Iocasta Creontis filia ex marito suo Laio Thebanorum rege cōcepisse se sentiēs. Iḡtitia gau det. De nascitura prole Laius. Apollinem consulit. respondet Apollo Laius um filii manu peritutum ipsumq; filium domum totam funestaturum. Qui igitur ex Iocasta natus est filius eum feris exponi Laius imperat. phorbas regius pastor pueri (quem susceperebat exponendum) fortunam miseratus eum traectis gladio pedibus in arbore suspendit. Externus q̄ dam pastor illac forte transiens puerum ex arbore pendente conspicatus vincula scindit: puerumq; pedibus tumentem (vnde ei factum est po stea nomen Oedipo) acceptum ex Corinthijs alicui dono dat. Corinthius Meropē Polybi Corinthiorum regis vḡori liberos desiderati offert: non illiberaliter puerum pro filio regina suscipit, educat regaliter & ornat. Qui iuueniles annos postea ingressus se quondam expositum fuisse certior factus inueniendi patris cupiditate accenditur. Polybo relicto vt Apollinem consulat Pythiam proficisciatur. Quo eodem tempore Apollinem Laius de exposito infante consulturus Oedipo fit obuius: quē e via

deflectere Laius mandat superbius. Irritatus Oedipus Laium (quem es se patrem ignorabat) occidit. Eodem fere tempore sphinx belua thebas aduenit. Omnia circa Phiceiam infesta facit enigma proponit: quod non queunt soluere occidit: ob rem ambiguam intereunt multi. Quid facturi sint Thebani: quo ve modo pestem hanc propugnaturi: animi pendent. In eam tandem concedunt sententiam: vt Aenigma soluenti locastę connubium atque Thebeorum regnum detur primum. Oedipus ex multis vnum enigma dissolutus. Est autem enigma huiusmodi. Quod animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Hominem id animal esse respödet Oedipus: quod infans quattuor it pedibus: auctus etate duobus: iam senior tribus. Baculo enim quasi pede tertio sustentat. & decrepitus reptas manibus & pedibus: quattuor: quae manus illi per pedebus & crura per brachia sunt. Sphinx autem suo victa iudicio se ipsa precipitat. Locastam ignotam matrem filius Oedipus vxorem habet: ex qua filios quattuor suscepit Etheoclem Polinycem, Antigonam, Ismenam. Haec partim ex Diodori libro quinto, partim ex Boccacij libro primo de calibus virorum illustrium. Sphinx ex Chimera & Typhone nata est: vt Hesiodus in Theogonia meminit. Quae authore Laertio in commentario libri primi Theb. statij dicitur & non tamen σφίγγα quod est stringere: eo quod enigmatis suis hominum mentes prestringat. Plato in Cratyle multa dicit vocabula immutata vel antiquitate. vel poliedre lingue studio. Alijs enim detracte sunt literes vel syllabae, alijs adiuncte, in alijs mutatae. Quemadmodum, inquit, dum sphinga proficeretur, quoniam phisica pronunciare debeat. Baptista Pius commentariis in Poenulum Plauti de sphingos pernicie quod dicebamus aliter ad haec scribit sententiam. Sphinx (inquit) viatores depræhescos ut suos pedes abluerent iubebat. In quo officio attonitos, pedibusque inherentes et pressa rupe deturbabat. De sphinge illud sicco (vt aiunt) pede non putamus prætereundum: quod Ceberus Thebanus in fabula enarrat. Quicunque (inquit) sphingos enigma intellexerat salutem: qui non intellexerat, exitium inueniebat. Sphinx enim ipsa est hominibus insipientia: quem illa proponit hominibus quid bonum, quid malum, quid neque bonum neque malum sit in vita. Quae si quis minus intellexerit: ab ea intermititur neque id semel: sicut is qui depastus a sphinge moriebatur: set per vitam omnem sensim absunxit: quemadmodum iij qui perpetuis addicti sunt suppliciis. Contra si quis intellexerit: occisa demum insipientia salutem ipse consequitur: beatusque quod virtus reliquum est feliciter exigit. Sphinx preter hec fuit Cadmius vxor: quem a mari to discessit propterea: quod Hermiones Martis & Veneris filiam in amore sibi præponi videbat: ut authore Palephato Eusebius in annalibus scriptum reliquit. Est insuper sphinx animal fusco pilo, manibus in peccore geminis: vt tradit Plinius capite uno & vice simo libri octauo. Sphinges ut ait diodorus syracusius libro quarto, apud Trogloditas, Aethiopesque nascuntur forma haud ei dissimili, qua pinguntur, sed paulo pinguiores. Naturam habent mansuetam, pluribus exercitiis atque disciplinis aptam. ¶ Trina in Tarpeio &c. Tarquinius Priscus in Sabinos bello ultimo pugnans voverit Ioui Junoni & Minervae templa si prælio vinceret: voti reus inferiit. Tarquinius superbus quod pater voverat absoluere conatus

## FRANCISCVS SYLVIVS

ex decima prædæ suessang multa facienda curauerat. Sed principatu ex eidens abfoluere non quiuit. Anno vero tertio posq; in urbem receptus nō fuerat: id Populus Ro. absoluuit. M. Horati<sup>9</sup> Puluillus cos. id dedicauit. Authores sunt T. Liuius libris primo & secundo. & Dionysius Hali carnaeus libris. iii. iiiii. & v. Triū igit opera tēplū id factū est. Tarquinius Priscus vovit, Superbus adificauit, puluillus dedicauit. Autore eo dem Dionysio libro. iiiii. a parte ea qua frons meridiem spectat triplex columnarū ordine templū hoc constructum erat, ab obliquis vero partibus simplici. In eo autem tria inerant facellae aequalia inter se communia latera habetia. Mediū quidem Louis, ab utraq; parte Iunonis & Mineruꝝ. Dij tres ex monte capitolino vbi templa habebant cedere noluerunt. Terminus, quem ab antiquis Ternitonem appellatū Sex. Pompeius scribit, Mars & Iuuentas. vt ait D. Augustinus libro. iiii. de ciuitate dei. Pallas trib⁹ delectari solita est, noctua, draconē & populo, vt ait Plutar chus in vita demosthenis. Eādē veste, triplex vti solitā placiades tradit. Tres deos Iouē Iunonē Mineruam in eodē tēplo Romanos coluisse Lachantius capite vndeclimo libri de falsa religione primi author est. Qui a Seruio in cōm̄tario libri Aeneidos tertij magni dī appellantur. Macrobius libro tertio Saturnalium tradit eosdem esse penates qui magni dī appellantur. Dic̄tos autem esse penates propter hēc tria, quia sunt per quos penitus spiramus: per quos habemus corpus: per quos animi rationem possidemus. Esse autē mediū ethera Iouē: Iunonē vero inū aera cū terra: Mineruꝝ summū aeris cacumen. Argumētū eius rei est: q; Tarquinius Priscus Demarati Corinthii filius Samotraciis religionibus imbutus mystice, vno tempore, ac sub eodem testo memorata numina coniunctit. ¶ Tarpeio. i. capitolino. Virgilius in octauo Aeneidos.  
In summo custos Tarpeia Manlius arcis

Tarpeiuꝝ & Capitoliū. Stabat pro templo: & capitolia celsa tenebat. Nam vt ait M. Cato (quod ex eius fragmentis didicimus) Capitolium dictum est a capite int̄ueto flumente sanguine: dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquinius. Nam antea Tarpeius a Tarpeia sibi scutis Sabinorum obruta: sed prius Saturnus vocabatur. Fuit autem Tarpeia Sp. Tarpeii qui custodiendē arcis prēgerat filia. Quam auro Tatius Sabinorum dux corrupit, vt in arcem armatos recipere. Aquā sacrī faciundis ea forte extra mœnia quæsitum iuerat: quā recepti Sabini obrutam scutis necauerūt. Seu vt vi capti potius arx videref: seu prodendi exempli causa: ne quid vñq; fidum p̄ditoris esset. Hęc T. Liuius libro primo prime decadis: vbi alia permulta scribit. Tribus ergo nominibus appellatum est Capitoliū, primo Saturnus deinde Tarpeius: postremo Capitolium. Capitoliū tria fuisse incendia historiarum monumenta testiculantur. Vnum Scipione & Norbano consulibus: quum erant Marianæ bella ciuilis. Alterum Vielliano bello. Tertium cum Vespasiani interitu. ¶ Humana efficiūt &c. Triplex est artificium domus consilientium genus & officium. Sunt enim Latomii: qui parietes lapideos construunt: sunt fabri lignarij qui domos lignis tabulisq; cooperiunt: Sunt deniq; qui parietes asperos calce aut gypso incrassant poliuntq;. Vnde etiam calcare domus sunt calce

Proditor<sup>s</sup> p̄cium.

Capitolii incendia.

# IN GRIPHON AVSONII. FO. XXXVIII.

confestg,& incrustatio ipsa est qua legitur asperitas, quod item sectoriū dicimus. ¶ Domus itē tres partes sunt, fundamenta, parietes, tecta. Boethius in cōment. in Topica Ciceronis genus quoddam definitionis esse per enumerationē partī scribens, illud dat exemplum. Domus (inquit) est quę fundamento parietibus tectoq; conficitur. ¶ Ter genus, dictum est ea forma qua dicimus hoc genus, id genus, quod genus: pro huius eius, cuius generis.

Domus  
partes.

Hinc bromii quadrantal, & hinc Sicana medimna.

Hoc tribus, hoc geminis tribus explicat usus agendi.

In Physicis tria prima deus, mundus, data forma.

Ter genus omnigenū genitor, genitrix, generatum.

¶ Quadrantal modios tres continet. Medimnā modij sex repleat. Quadrantal dici latine, quem κυβόν Gręci dicunt: author est A. Gellius capite vicesimo libri primi. De cubo ampliter satis meminimus. Sextus Pöpeius pro mēsura quadrata octo & quadraginta sextarios capiēte usurpat. Cuius his verba compono. Quadrantal (inquit) vocabant antiqui qđ ex Gręco αὐτοφορᾶς dicūt: qđ vas pedis quadrati octo & quadraginta capit sextarios. Plaut⁹ in Circumloge. Anus hęc quātillum sitit: modica est, capit quadrantal. Cato cōtra Appium. Vini redemisti prēdia, pro vi ni quadratalib⁹ sexaginta ampullā dediti: vinū nō dedisti. Hęc ille. Quater duodecim octo & quadraginta reddūt: quater tribus duodenari⁹ cōstat numerus. Amphorā nihil aliud esse nisi quadrantal ex eo legi potest opusculo de ponderibus inscripto: qđ Priscianus iure ne an iniuria nefario tribuitur. Pes em̄ mensu triplici alto longo & late sexdecim digitis cōstat. Pedes quattuor alti, lati, & longi amphorā faciūt. Amphora tribus sit modijs. Modiū sedecim sextarij implent. Cuius verba hęc sunt. Pes longo spatio atq; alto latq; notetur:

Quadranta  
al.

Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex.

Quattuor ex quadratis medium cingatur inane:

Amphora sit cubus, quam ne violare licaret,

Amphora

Sacra ure Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Huius dimidium fert vrna, ut & ipsa medimni

Amphora, terq; capit modium, sextarius istum

Sexdecies haurit, quot soluitur in digitos pes.

¶ Hinc collige quadrantal modijs tribus constare.

¶ Bromi, i. vini. Bromi⁹ em̄ dict⁹ est Bacch⁹ a tonitru qđ si ei⁹ orfu cōtigit: ut lib. quarto meminit Diodor⁹. Βρόμος em̄ crepit⁹ ignis, strepitus, sonit⁹ dicit⁹. ¶ Et hinc Sicana &c. Medimnus, vel medimna, vel medimnū (hoc em̄ triplici ḡne inclinat) mēsura est aridorū: ut tritici & ordei, q̄ sex modios cōtinet. Ut author est Budęs noster in quinto libro p̄ de aſſe & partib⁹ ei⁹: quos cōquisitę multū scribēdo veritatis fidē cōmerit⁹ est. Quadrantal humidorū esse tñ multi autumāt: ideo Bromiū pro Quadrante humido quo quis posuit Ausoni⁹. Attamē quadrantal p̄ triticaria mēlura tal.

Bromius.

Medimn⁹.

## FRANCISCVSSYLVIVS

- Meditina:** Budæus idem usurpat: medimnarum vero duo genera ponit. Alteram rū tria genera: Romanam, quę sex sit modiorum: alteram Sicanam quę modios quinq; confineat: quā tamen esse modiorū sex hic putat Ausonius. Tertium genus addimus ex Cornelio Nepote in vita Pomponij Attici. Atticus cīn medimnus (vt ait) septem modios complet. Quā sit quadratalis, Amphoræ & medimni mensura idem noster Budæus afferuerat se periculum fecisse. Quadrantal quadrati Parisiorum æquato æquale putat. Amphoram vero, vt quadrantem falfigiatū non æquatum. Medimnus est, quā minima dicunt Parisini. Triticarius ille Parisiorum sextarius in medimna duo & quattuor amphoras diuiditur: indeq; in duodenos modos, quos appellant bossellos. Geminis tribus. i.sex. Per senarium numerum significari operū perfectionem Diuus Augustinus libro de ciuitate dei. xi.scribit. Nam numerus, inquit, senarius primus cōpletur suis partibus. i.sexta sui parte, & tertia & dimidia, quā sunt vnū: duo & tria, quae in summam ducta sex fiunt. Eius perfectio opere diuino significata est. Sex enim diebus mundus creatus est. Anno sexies millesimo a mundo creato Christus, nat⁹ est, qui die hebdomadis sexto pro nostra oīm salute mortem passus est. ¶ In physicis. Ad rerum omnium generationem tria cōuenient necessaria: diuina virtus, naturę principia, & res ipsa quę generatur. Naturę quot sint principia inter etatis priscae philosophos. nō parva versata est questionis ambiguitas. Aristoteles enim libro de generatione & corruptione secūdo nouem scribit varias opiniones. Una est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Altera est ponentium illud esse aerem. Tertia, aquam. Quartaq; ignis aerisq; mediū: hiq; vnum tantū ponebat principium. Quinta est ponētum duo: vt ignem & terram. Sexta ponentium tria, ignem, terramq; & aquam. Septima itidem tria, ignem, terram, & aerem. Octaua est Empedoclis quattuor esse putantis ignem, aerem, aquam, terrā. Non est Platonis hisce quatuor elementis ab Empedocle nominatis materiam primā adiungens, quā pandixem dicunt. Rerum item omniū generationē itemq; & corruptionem (vnius enim generatio corruptio est alterius) tribus constare principijs: hoc est duobus contrarijs, vnoq; tertio quod contraria vtrīq; vicissim subiectum sit. Aristoteles libro Physicorum primo tradit. Idem alibi tria esse principia scribit entelechiam. i.cōtinuatam quādā & perennem motionē, materiā & priuationē. Plato (vt est apud Plutarchum in libro de placitis philosophorū primo) tria ponit rerū principia deum, materiam, idēam. Est autem deus mens mundi: materia vero quod primum generationi subiaceat, atq; corruptioni. Idēa autē substantia est sine corpore in diuinis sensis animi visissq; dei. Cui cohærenter subscriptit Martianus Capella libro septimo. Tribus (inquit) diuinatio memoratur. Idem mūdana perfectio est. Nam monadem fabricatori Deo: Dyadem materię procreanti: triadem idéalibus formis consequenter aptamus. ¶ Ter genus omnigenū &c. Animalia ea quę sexū habent, maris & feminę cōiunctione nasci tradit. Aristoteles capite primo primi libri de generatione animalium: & capite secundo libri eiusdem rem dicit, quod in alio gignit: feminā, quod ex seipso: unde fit tertiu: id
- Idēa.**

**IN GRIPHON AVSONII. FO. XXXIX.**

quod generat. Quam ob rem in vniuerso quoq; naturam terre quasi for-  
minam matrēq; statuit. Cēlū autē & solem eiusq; generis alia patris no-  
mine appellatāt. In generatione tria inesse Plato scribit in Timao. Vnū  
qd̄ gignitur alterū , in quo gignit, tertiu a quo similitudinē trahit, qd̄ nas-  
scitur. Idcirco, inquit, cōparari hēc ita deceat. qd̄ recipit, matri: vnde reci-  
pit patri, naturā istorū mediā proli. Eorū que pariant triplex est genus.  
Aut em̄ perfectū animal gignunt: vt homo equus, aliaq; que pilis tegun-  
tur: inter aquatilia vituli, delphini, ballenæ, aliaq; cetarij generis. Aut  
ouū: vt aues, & serpētes. Aut vermes: vt ischēa ppe omnia. Rursus anima-  
lia aut gradium, aut volat, aut natat. Volucru aliq; penna volat: vt aqui-  
la: aliq; mēbrana siccā vt apes & scarabeī: aliq; cutē vt vulpecula & vesper-  
tilio. Author est Aristoteles capite quinto libri primi de natura anima-  
lium. Piscium tria genera Plinius capite vicesimo octauo noni libri nu-  
merat: quedam mollia appellatāt: vt loligo & sepiā: quedam crustis tenui-  
bus & squamis contecta sunt: quedam testis duris continguntur.

Per trinas species trigonorum linea currit:

**Aequilatus**, vel crure pari, vel in omnibus impar.

Tres coit in partes numerus perfectus:vt idem

Cum grege ter trino per ter tria dissoluatur,

Tres primus par impar habet: mediumq; set ipse

Qui medijs:quinq; & septem quoq; diuidit vnus:

Et numero in toto positus sub acumine centri

Distinguit solidos cubo pereunte trientes.

**Aequipares dirimens parteis ex impare terno.**

Et patibus triplex medium:quum quattuor & sex

Bisq; quaternorum secernit omphalos idem;

**sa positione trigonū faciūt. Est autē trigonus q̄ triāg.**

triplex. Angulus habens lata  
 ra appellatur: πλευρα enim latus est: unde pleurestis. Triplex est ergo trigo-  
 nus: aut enim est (οδοπλευρος) quod equilaterus vel aequaliter latine dicitur (οδος  
 enim aequalis est) quod tribus lineis equalibus lateribusque concurrevit. Aut (οδος)κε  
 λησις ex tribus lineis duas habet aequales: quibus quasi curribus inservit.  
 Ideo etiam curru latini dicuntur σκελος enim crus dicitur. Aut σκαληνος: quod oes  
 tres lineas inter se habet inaequales. σκαληνος enim numerus est dispar. Angulus  
 Hec ex Martiani capelle libro sexto. Angulorum idem tria ponit genera. Nam triplex,  
 aut iustus est, aut angustus, aut latus. Iustus quo directus semper est idem.

## FRANCISCVS SYLVIVS

Angustus qui acutus est & semp mobilis. Latus vero obtusus mobilisq; similiter. ¶ Tres coit in partes &c. Numerus pfectus ternarius in tres partes. i. in nouē multiplicatus: si secū ter trina. i. nouem acceperit: erūt octodecim. q; numerus dissoluif ad nihilūq; redigif p ter tria cū ter trinā. Illud em̄ cū grege ter trino bis esse astruēdū putam⁹. ¶ Tres prim⁹ par impar &c. Primus par & primus impar. i. quinq; habet tres & numerū inter tres & quinq; mediū. i. quattuor hoc est tres quattuor & quinq; faciūt duodecim: quorū q; mediū est. i. senari⁹ inter quinq; & septē interponit. Senari⁹ aut̄ cū duodenario denos & octonos cōponunt. Octodeci in tres trientes. i. tertias ptes (q; sunt sex diuidunt). Quō senari⁹ partes q; sunt equipares ex ternaria partitione dirimunt pereuntq; Nā ex octodecim ter sex si detraxeris: numer⁹ pibit totus. Itēq; si mediū tripes ex paribus cōstās. i. quattuor, sex octo dēpseris: numerus etiā totus pibit. Qm̄ tñ intricate nūnīs verba sunt implicata: ideo ordine suo hic ea digerim⁹ Numerus pfectus coit in tres partes (Ternarius em̄ ex se pfect⁹ nouenarij pars est tertia) coit inquā ita: vt idē ternari⁹ cū grege ter trino dissoluaſ p ter tria cū grege ter trino. Primus par & primus impar. i. quinarius habet secū tres & mediū. i. quattuor. i. tria quattuor, & quinq; duodecim conficiunt. sed ipse q; est medius ex duodecim hoc est senarius vñ⁹. i. folus diuidit quinq; & septē: qui senarius positus in numero toto. i. cū duodecim sub acumine centri. i. eo ordine quo a monade cōptum est distinguit trientes solidos cubo pereunte. i. excepto. Distinguit inquam dirimens equipares partes. i. senarios ex impare terno. i. ex ternario qui est impar: dirimens tripes mediū. i. quattuor, sex, octo ex paribus: hæc enim media sunt paria quū idē omphalos. i. medius quattuor sex & bis quaternorum. i. octo secernit. ¶ Sub acumine centri. i. sub monade. Nam vt circuli, centrum: ita numeri monas principium est. ¶ Trientes solidos. i. senarios. Est enim senarius pars tertia octonarij decimi. Triès vero totius est pars tertia. Solidum & de numeris & de quāritate dicif. Ut Martianus Capella libro sexto solidam appellat figuram tribus longitudine latitudine altitudine constantem. Solidos cubo pereunte tuentes. Marsilius Ficinus libro cōmentariorū in Timēum Platonis ex Pythagoricorum sentētia numeros esse triples dicit Lineares, Planos, solidos. Lineares, quos sola metitur vnitatis quasi punctū. vt, est ternarius, quinarius, septenarius. Nā hi in partes nullas æqualiter diuidi possunt. Planos, qui multiplicātur. ex numeris, quasi lateribus vt senarius ex bis tribus sit, aut exter duobus. Horum tria genera sunt. Alij enim quadrāguli & æquilateres appellantur, qui ex numeri alicuius in seipsum ductu conficiuntur. Ut quaternarius ex bis duobus. Nouenarius ex ter trib⁹. Sedecim ex quater quatuor. Alii inæquilateres, q; ex ductu maioris numeri in maiore sūt, vt senarius q; ex duorū in tria deductione. Alij oblongi qui sūt ex ductu multo minoris numeri in numerū longe maiorem. Ut denarius ex deductione duorū in quinq; cōstant. denarius octonari⁹, quē ter sex cōficiūt. Solidos eos dicit, qui ex deductione atq; reductione numeri alicuius in seipsum efficiuntur, instar molis solidæ in trinam dimēsonem deducēt, quos græco vocabulo κυβουδα, cubos appellari ante

Solidum.

Numeri triples.

diximus. Ut bis duo bis efficiūt octo:ter tria ter. xxvij. quater quattuor quater. lxxiiij. Senarium itaq; solidū numerum dicere videtur, q; tribus solidi numeri. i. octonarij lateribus constet, sed plane solidus non est. ¶ Cubo pereunte. In codicibus fere omnibus cōēbo nō cubo scriptū inuenio. Quintianus item in Epographia tertia cōēbūm producere primā affirmans Ausonianum hūc versum aduocat. Quid sit cōēbus legerē nō memini, nī apud Aristotelem capitibus octauo & nono de natura animaliū lib. primi. Vbi dicit animalia quādā esse natura anticipite, quæ partim hominem, partim quadrupedem imitetur. Veluti sunt tria hęc, simiæ, cōēbi, canicipites. Cōēbus enim simia est caudam gerens. Set quid ad hanc rem nostrā! Cubo itaq; non cōēbo legendum esse putamus, quo scriptum modo in Tacuini codice inuenimus. Quod quātū cohēreat sententia eam explicatiū. ¶ Omphalos. i. medius. ὄμφαλός enim vmbilicus dicitur. Vmbilicus autem pro medio dici nemo Latinensis ignorat, qui ser abonis interpretem legerit, qui libro non ait. Quum Iupiter mediū terrę nosse optaret, tum aquilas duas dimisit, vnam ab oriente, alteram ab occidente: quæ ambæ hunc in locum conuolauerunt. Inq; templo mōstratur vmbilicus, cui duę incubat imaginēs aquilarum, quo circa telluris vmbilicū Delphos appellabāt. Vmbilicū tamen profini acceptū nō ignoramus: vnde ad vmbilicū adducere proverbialis est sententia pro finiri usurpata. Hi autem quorū hic potissimum meminīt Ausonius cum ternario multā habent cōsuetudinē. Nam vñ, duo, tria, sunt sex. Trina bis itidem sex. Duo quatuor sex, sunt duodecim. Ter iter quaterna sunt duodecim. Quinq; sex, septem, sunt octodecim. Quatuor, sex, octo totidem faciunt: faciunt item sena ter octodecim.

Cōēbus,

Omphalos.

Delphi  
vmbilicū  
terræ.

## Ius triplex:tabulae qđ ter sauxere quaternæ:

Sacrum, priuatis, &amp; populi cōmune quod vñq; est.

¶ Triplex est ius Romanū in tabulis duodecim scriptum. Sacru, priuatū, publicū. Nāquū Romana plgs seditionibus cottidianis a patrib; dissideret, ne quis inimicitiarū locus esset, extraneas leges accessrī placuit. Tres ergo legati Athenas mittūt Sp. Posthumius Pub. Sulpicius Camerinus, A. Manlius, qui Solonis leges inelytas transcribere, alias rūq; terrę Gręcię ciuitatum mores & instituta noscere iussi, Anno illinc tertio Romam cum Atticis legibus redeunt. Tribunis plabis instantibus decemuirri creantur. Ne quis eo anno alius sit magistrat⁹ cauetur: itaq; a decemuiris ad alios prouocari nō potest. Condēdis legibus opera datur. Decemuirri tabulas proponūt, ad cōcionem populū aduocant, qđ bonum, faustū, felix reipublicę, ipsiis, ipsorum liberis esset, ire & legere iubent. Se quātum ingenij hominum decem prouideri potuit: summis omnibus infirmisq; æquasse, multorū ingenia atq; cōsilia plusq; sua pollere pronunciant: Vnamquāq; rem vt versent animo ciues atq; agitant: quidve in re quacūq; plus aut minus esset, in medium conferrent, horcantur. Eas enim leges Romanum populū esse habiturum prēdicant, quas cōsensus omniū non iussisse latas magis, q; tulisse videri possit. Quum ad rumores hominum correcta sati sidentur, centuriatis

Ius triplex

Tabulae  
duodecim.

## FRANCISCVS SYLVIVS

comitijs decem tabularum leges proferuntur. Quæ nunc quoq; in hoc tam immenso cumulo legum aliarum super alias aceruatarum fons, omnis priuati iuris est atq; publici. Latis ergo legibus decemuiri magistratu se abdicant. Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas: quibus adiectis absolui posse quasi corpus totum Romani iuris. Creantur ergo alij decemuiri, qui duas legum tabulas ad decem prioris anni adiiciunt. Authores sunt L. Fenestella capite decimoquarto de Romanis magistris, & Ti. Lutus libro tertio prime Deratius. Pompeius Iureconsultus libro digestorū primo titulo de origine iuris tradit has decem tabulas ex Græcis ciuitatibus per decemuirios allatas, reliquaq; duas per eisdem adiectas. Eburnas tabulas esse alij, alij æneas putaruerunt: vt Pomponius Lætus meminit. T. tamen Lutus dicit leges decemuirales (quibus tabulis duodecim nomen est) in q; incisa in publico Romanos posuisse. Scriptæ sunt autem leges decemuirales: vt sacra leges & alia quedam editæ publica lingua latina eadem quā sub Latino & regibus Tuscia ceteri quidem populi in ipso Latio loquebantur: vt Crinitus capite tertio tertij libri meminit. ¶ Vt decemuiri legū fuerunt cōdendarum authores, ita Roma fuerūt triūuiri monetales illorum trium æris, argenti, auri, flatores. Et triūuiri capitales qui carceris custodiām haberent, vt quum animaduerti oporteret, interuentu eorū fieret. Author est Pomponius Iureconsultus libro digestorū primo, titulo de origine iuris. Ius duplex tantū numerat Lutus, priuatum, & publicum. Vlpianus eandem secutus sententiam libro digestorum primo titulo de iustitia & iure: publicum ius id esse ait, quod ad statum rei Romani spectat. Priuatum quod ad singulorum utilitatem pertinet. Idem publicum ius in illis tribus cōsistere dicit sacerdotibus, & magistratibus: ac priuatum triplex esse, naturale, gētium, ciuile. Naturale quod natura omnia animalia docuit, quæ in terra, quæ in cælo, quæ in mari nascuntur: vt maris ac femininæ coniugatio, quam nos matrimonii appellamus: hinc liberorū procreatio, atq; eorūdem educatio. Ius gentiū esse quo gentes humanæ vtuntur: quod solis hominibus inter se cōmune sit: vt erga deum religio, vt patribus & patriæ pareamus, vt vim atq; iniuriam propulssemus. Nam vt ait Florentinus iureconsultus in eodem libro: quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimat. Ius ciuile, quod neq; omnino a naturali iure vel gentiū recedat, neq; per omnia ei seruat. Itaq; quū aliquid addimus vel detrahimus iuri cōmuni, ius propriū. i. ciuile efficiemus. Authore Modestino Iuris, libro eodem titulo de legib⁹ & sanatus-consultis & longa confuetudine Ius omne aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmauit cōsuetudo. Iuris, authore Vlpiano, tria sunt præcepta: honeste viuere, alterum non lādere, ius suum cuiq; tribuere. Quo autē modo leges promulgabat Romana antiquitas retulisse ab instituto nostro nō sit prorsus alienū. Lex igitur (vt ait Beroaldus in commentario in primā Ciceronis Antonianarū) nūdinus ternis promulgabat: eratq; integrū per id tēpus intercedere ac tollere, si parū qd pbareret, aut quid ieret vitij. Vbi vero trinūdino lata erat, inq; tabulis enīs incisa, resundi ampli⁹ infirmariq; nō licebat. Trinūdinū autē dictū est a dierū triū

Tabula  
duodecim  
Decemui-  
rales leges

Decemuiri,  
Triūuiri.

Ius triplex

Iuris præ-  
cepta.

Legū apd  
Romanos  
promulgā-  
tio.

Trinūndi-  
num.

nundinis. Nundinae vero dictae sunt quasi nouendine. Nam Romani nundinas instituerunt (vt ex Macrobius libro Saturnaliū pmo didicimus) vt octo quidē diebus in agris rustici, opus ficeret: nono autē die intermissio rure ad mercatū legesq; accipiendas Romā venirent: vtq; scita & cōsulta frequētiore populo referrent: quę trinūdino pposita a singulis atq; vniuersis noscebātur. Vnde etiā mos tractus est: vt leges trinūdino die promulgarentur. Nundina ppter hēc erat Romanos dea a nono die nascētū nūcupata: qui dies nonus lūtricus appellat. Eo ēm die lūstrantur pueri nomēq; accipiunt. Set is maribus nonus, octauus est foeminius vt prius dicebam⁹. A iure eo de quo in foro aut in senatu agatur nō abest, ratio ternarij. In foro em, vt ait, Sex. Pōpeius iudicia fieri, cū populo agi, conciones haberi solēt. M. Cicero in Topicis triplex dicit xequitatē esse. Vnā ad superos deos, alterā ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia, aut xequitas nominat. Xequitatis violāde, hoc est peccādi tres sunt cause apud Platone libro de legibus. ix. Una est iracūdia, q̄ incōsiderata vi multa euertit. Altera voluptas, q̄ cōpellit, vt quicq; ipsa velit, peragat. Tertia ignorācia est. Tria sunt genera apud Tulliū in Topicis, quę cōtrouerſā omni scripto facere possunt, ambigū, discrepantia scripti, voluntati scriptura contraria. Aliū probatur us castigaturus aut iudicaturus tria ha- beat censet Plato in Gorgia. Sapientiā, opinione prudētis atq; benevoli & audaciā, eorū qui postulare hoc est, aduocati esse apud se nō possent prēter tres fecit ordines, vt libro digestorū tertio, titulo de postulando scribit, Vlpianus. Nā alios omnino prohibuit postulare, vt q̄ annos de cē & septē nō cōplicueret, vt surdū. Alijs p se perimit, pro alijs plane phibuit, vt mulierē, vt cæcū luminibus vtrisq; orbatū, vt corpore suo muliebria passum, vt criminē capitali damnatū. Alijs & p certis dūtazat psonis, & p se pmisit. Ijs videlicet, qui infames, sed q̄ minus deliquerint, q̄q; hoc secūdo notati ordine sunt. Pro illis aut postulare possunt, parente, patrō, liberis, patroni, parētibus, fratre, sorore, vxore, genero, socero, vīstrico, priuigno, pupillo furioso, fatuo. Defensor alijs ex illis tribus apponere solet, vt ait Cicero in Topicis, aut nō esse factum, aut si sit factum, aliud eius facti nomen esse, aut iure esse factum. Rōm̄ tres iudicium fuisse ordines plērisq; in locis Pedianus Asconius significat, sénatus, equestrem ordinē, & tribunos xarrios. Sed C. Iulius Caesar vt ait Suetonius, iudicia ad duo genera iudicū redigit, equestris ordinis & senatorij. Tribunos enim xarrios, qđ erat tertium, sustulit. Authore Plinio libro epistolarū primo, Epistola ad Voconii solebant testes in reos interrogare tertio. Lex erat, vt ait Asconius Pedianus, q̄ iubebat, vt priusq; causa ageretur, testes, per tridū audirentur. In pecuniarijs causis quū quis xaris alieni confessus erat, dierū. xxx dilatio erat, ad conquirendam pecuniam, qui dies Iusti appellabantur. vt A. Gellius cap. i. libri vltimi scribit ex lege. xii. tabularum. Sex. tamen pōpeius dies Iustos dicit. xxx. quum exercitus esset imperatus, & vexillū in arce positum. In his causis pecuniarijs dilationem plusq; semel trubui nō posse, in capitalibus autem accusatori duras, reo tres dilationes

Nundina  
dea.

Iuris ter-  
narij.

Aequitas-  
triplex.

Cōtrouer-  
ſā faciunt  
tria.

Aduocati  
qui ne sint

Judicū or-  
dines.

## FRANCISCVS SYLVIVS

catus utriusq; cognita dari posse, Paulus iurisconsultus scribit, libro de gestis secundo, titulo de ferijs & dilationibus. Res cōperendinata significat iudicium in tertium diem constitutum, ut ait Sex. Pompeius. Authorē enim

